This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

467394 DUPL

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN
LIBRARIES
1817



PSEVDACRONIS SCHOLIA IN HORATIVM VETVSTIORA

RECENSVIT

OTTO KELLER

VOL. II

SCHOL. IN SERMONES EPISTVLAS ARTEMQVE POETICAM

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMIV

878
H50
P97
K3

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

I.

De recensione §

Pseudacronianorum scholiorum optimam antiquissimamque recensionem codice Parisino *A* contineri eiusque auctorem ante medium quintum saeculum in Italia uixisse ueterumque sacrorum cultorem fuisse in symbola philologorum Bonnensium Lips. 1864—67 p. 499 sqq. iam pridem a nobis demonstratum est. Cum hac recensione proxima affinitate iuncta sunt schol. *νVcp* et *Γ**, sed in carminum libro quarto et in epodis et in carmine saeculari scholiorum *Γ* auctorem scholia *Λ* (= codicis illius archetypi, unde codex *A* fluxit) non ante oculos habuisse, uerum Porphyrionis interpretationes in suum usum uertisse apparet. Itaque quoniam codex *A* sub finem libri epodon deficit, in supplementum adduximus codices *ν*(uel *Γ'*)*Vcp*. Quae ratio quam iusta fuerit, miro casu factum est ut hodie facile possit demonstrari. Sero enim, quod quidem maxime me piget, postquam uolumen prius modo exiit ex prelo, in scidis Hamburgensibus, de quibus cf. quae diximus in Horati nostri a. 1899 editi praefatione p. XIV, fragmentum detexi ueri codicis *A* duobus foliis continens schol. epod. 16, 33—17, 50. Quo fit, ut expositiones *A* in lyrica et iambica Horati carmina iam habeamus paene integras. Desunt enim tantummodo expositiones in epod. 15, 1—16, 32 et 17, 51—76; praeterea

* *ν + Γ significauimus* siglo *Γ'*

138676

euanuerunt schol. *A* epo. 16, 62—66. Fragmenta Hamburgensia adiecta sunt in ADDENDIS p. 510 sq. Congruunt autem propemodum ad uerbum cum iis scholiis, quae in laeuis paginis dedimus 438—462, ita ut in summa quaque pagina scribere licuerit: EXPOSITIO IN HOR. EPOD. 16 aut 17.

Atqui illa scholia sunt codicum *νVc*, planeque efficitur in uolumine primo eas interpretationes, de quibus codices *νVcp* uel *Vcp* inter se consentiunt, maximam partem ex uero Pseudacrone *A'* fluxisse, *Γ* uero ne iis quidem locis, ubi cum *V* congruit, sine dubitatione ad recensionem *A'* posse referri.

Itaque, quandoquidem scholia *νVc* inter se concordantia, quatenus codicem *A* ipsum comparare licet, ad stirpem *A* proxime accedunt, etiam in hoc secundo uolumine, scholiis *A* omnino deficientibus, id potissimum mihi proposui, ut recensionem *νVc* (*Γ'Vc* uel *ΓVc*) ex uniuersa librorum copia quantum potui elegerem et quasi exsecarem. Talia scholia, quae nota § insignienda curauimus, in sermonibus et arte poetica centiens inuenies. De huius recensionis auctore cf. quae scripsimus in uol. I praefatione p. XIII et Addend. II p. 508. Christianorum sacrorum expers (cf. quae de Moyse rege Iudeorum fabulatur s. I 9, 70. praeterea cf. s. I 5, 24. II 6, 20. 7, 4) uixisse uidetur a. 450—500, Theotisti, quo Priscianus doctore usus est, grammatici (s. I 5, 97) ac Seruii Magistri aequalis (s. I 9, 76). Partem uitae in urbe Roma egisse putandus est (s. I 8, 7. 14 al.); Africam certe, Porphyrionis patriam, non nouit (cf. epo. 2, 53 ubi strutionem dicit pro gallina Numidica). Vt Vergili* aliorumque multorum ueterum studiosissimus, ita, si codicibus manuscriptis fides est, parum gnarus fuisse apparet sermonis Graeci. Porphy-

* *cf. epi.* I 7, 48 ubi nec uarias lectiones Vergilianas eum *fugisse uidemus: Verg.* Aen. VIII 361: Lautis . . . Carinis, licet *legatur et latis. Item* de uariis lectionibus Horatianis nonnulla *refert ut s. I 2, 50. 6,* 87

rionem sub commentatoris nomine diserte laudat a. p. 120. Vergilium subinde *Maronem* nominat, quod quidem nusquam fit in codice *A*. Nec magis scriptura *Vergilius* reperitur praeter recensionem *A'*.

Scholiorum § (= *Γ' Vc*) ordo is erat, ut epistulae tamquam agmen clauderent (cf. epi. II 2, 68). Vnde factum est, ut haec scholia sub finem epistularum et manca et corrupta in nostras manus uenerint. Quid quod in stirpe *Z* (= *cpζ Ferrar. Florent.*) omnes omnino epistulae praetermissae sunt. Hic igitur codices *Γ'* (*rγv*)*V* pro optimis testibus habendi sunt, aut, si *V* deficit, *Γ'* soli, ut epi. II 2, 114 — fin., aut *ΓV*, ubi codice *v* caremus, ut epi. I 20 — II 2, 65; et quamuis in epistulis quoque scholiorum *Γ'V* indolem cum recensione § plerumque consentire constet, adeo ut quin illic schol. *Γ'V* reuera ex recensione § fluxerint uix possis dubitare, tamen quia *Z* deest, timens nequid temere interpoletur, non ausus sum paragraphi addere signum. Nam ea ipsa de causa recensionem *Z* quamquam nouissimam* haud prorsus spernendam duximus, quia multis interpolationibus ex schol. *Γ* oriundis non corrupta est, id quod luculenter docemur, si libri epodon finem comparamus, ubi *cp* constanter cum *A*§ (uide Add. uol. II p. 511), *V* uero (interpol.) saepe cum *Γ* facere uidemus. Ceterum nescio an fere ubique, dum *vV* congruant, etiam deficientibus *cpζ* ut in ipsis epistularum libris, signum § iure fuerit adscribendum.

Recensionem *Z* ex cod. *V'*, unde *V* ipse descriptus est, originem traxisse multis locis facillime perspici potest: librarius *V* exemplar suum scrupulosissime descripsit, et siquid certo legere nequibat, id aut timidiore quodam litterarum ductu aut litteris aliquot uel uocibus omissis et

* Cod. *c* saec. XV scriptus est, item auctore Chatelain cod. *p et cod. ζ, Ferrarensis* et *Florentinus* auctore Ramorino. *Ferrar. est cod. class. II* nr. 192 bibliothecae Ferrarensis, *Flor. est societatis Columbariae* cod. nr. 1

interuallis accurate dimensis aut adpicto puncto uelut dubitationis indicio significare solebat, uerba corrupta nusquam ex suo ingenio temere corrigebat; quae omnia porsus aliter fecit *Z*, ut cum multis aliis tum hisce demonstrari licet exemplis:

c. II 11, 11 capax *Γ′*
pax *V*
par *cp*

a. p. 179 e pistrino *Γbf*
epiferino *V*
in epifermo *cζ*

a. p. 270 in iocis]
in uocis *V*
in uocis sono *cζ*

a. p. 274 pro arte rithmica]
pro artibus metica *V omis. cζ*

a. p. 287 desissent]
dedissent *V*
cepissent *c* cępissent *ζ*

a. p. 402 prouenturam]
prouenerī *V*
posse habere *cζ*

a. p. 422 igitur]
regit *V*
recte *cζ*

a. p. 437 coruum]
coruorum *V*
coruos *cζ*

a. p. 441 productum]
quod ductum *V* (q̣ *pro* p̣)
ductum *c* dictum *ζ*

a. p. 465 tarda]
ʀ da *V*
omis. cζ

II.

De recensione *Γ*

Recensio *Γ* (*rγb* uel alii*) partim ex recensione §, partim — nec solum ubi huius recensionis auctori § non ante oculos erat ut in carminum libro quarto, epodis, carmine saeculari — ex Porphyrione compilata est, insuper adiectis permultis additamentis, quae aut aliunde deprompta aut ab ipso scholiasta inuenta erant: qui quidem ut acutioribus criticis adnumerari non potest, ita incredibili adsiduitate ac sedulitate multo plura quam ceteri undique

* *αfCELεz* et pars *ν*: de quibus omnibus uide uol. I *praefationem p. VIII* sqq.

coaceruauit longeque amplissimam confecit scholiorum congeriem. Quo factum est, ut apud hunc potissimum auctorem permultis locis explicationes inuenias, quae quamuis inter se pugnent, tamen altera alteram tamquam optima cum pace excipiunt.

Fuit Christianus (cf. c. I 16, 13. 14 de Adamo), sed superstitioni admodum addictus (s. I 3, 59 de nodis magicis; s. II 8, 209 de *βιοθανάτοις*) et uixit post Isidorum (quem c. III 29, 4 laudat; is autem uixit a. 570—636) et post eos qui recensiones *A'* et § confecerunt. Grammaticae Latinae studiosissimus* idem Graece optime sciebat, plebeios despiciebat**; num Romae uixerit, incertum est, Samnium non nouerat (cf. s. I 5, 51); commemorat etiam 'ciuitatem Augustam Vindelicam apud Raetos' (Augsburg c. IIII 4, 17), unde haud scio an quis concludat scholiorum *Γ* auctorem haud procul ab Alpibus in septentrionali quadam regione opus suum consarcinasse. Cum Fulgentio Afro (a. 468—523) — quem ego paululum quidem ante hos quadraginta annos (philol. Bonn. symbol. p. 501. 502) scholiorum *Γ* auctorem fuisse ea de causa suspicabar, quod in compluribus codicibus (*γ* Flor.) scholia Horatiana Fulgentii mitologiarum libro primo excipiuntur ne addito quidem ipsius Fulgentii nomine — prorsus nihil facere primo obtutu apparet, si nouam editionem Helmianam (a. 1898) cum scholiorum *Γ* dicendi genere comparamus: is enim multo deteriore utitur dictione.

Ceterum recensionem *Γ* (= *Γ*mg.) non ita terminare potui, ut non glossas quasdam interlineares admitterem: nam ne codices quidem ipsi hac in re inter se congruunt, sed fieri potest, ut quod in *b* uel *r* in margine legitur, idem in *γ* uel *α* inter uersus scriptum sit et similia, uel ut longioris adnotationis pars altera inter uersus, altera in margine legatur. Itaque nequid, quod maioris momenti

* cf. s. I 3 *89 (iugulus)*. 5, 14. 78. 6, 122. 123. 10, 7 *(rictum)*. II 2, *43 (rapulum)*. 3, 163. 280. 4, 68. 8, 91 etc.

** *'Velut plebeius expers rationis' epi.* I 7, 72

est, temere omittatur, quaecumque simul in gloss. ν (uel Γ') et in $c\zeta$ deprehendimus adnotata, ea cum praefixo asterisco edere haud dubitauimus, quin etiam ex uniuersa gloss. Γ copia nonnulla elegimus, quae aut ad sermonis aut ad antiquitatum studium alicuius momenti esse uidebantur, eaque in propria appendice admixtis alienigenis quoque aliquot glossematis memoratu dignioribus prelo subicienda curauimus.

III.

Stemma codicum

Librorum quam dicunt genealogiam hoc modo hodie possumus adumbrare:



IIII.

De adscripto nomine Acronis

Iam uero si quaeritur, qua de causa quicumque ante nos eadem scholia, quae nunc edidimus, foras emiserunt, ea fere omnes Helenio Acroni tribuerint, illud primum fatendum est nisi in nouissima ac manca* codicum stirpe *cpζ* Acronis nomen non esse traditum, qua de re in symbola Gastoni Boissier oblata (mélanges Boissier, Paris 1903) p. 311 sqq. uberius disputauimus.**

Huius stirpis auctorem non multo ante saeculum XIV uel XV, fortasse saec. XIII (cf. mél. Boiss. 313), in Italia*** degisse et recensioni suae quo maius adderetur pretium, omnium scholiastarum uetustissimi ac celeberrimi nomen praefixisse constat, Acronis scilicet, de quo in uita illa Horati, quam cum in aliis libris tum in *A* legimus, disertis uerbis scriptum est (uol. I p. 3): 'Commentati in illum sunt Porphyrion, Modestus et Helenius Acron, Acron omnibus melius.' Vnde colligere licebit scholiastam *A'*, qui Helenium Acronem multo pluris aestimabat quam ceteros, eiusdem commentarios prae aliis excerpsisse; cuius rei argumentum extat epod. 5, 25 ubi schol. *A* § (*AvVcp*) id ipsum de Sagana dictum quamquam decurtatum exhibent, quod apud Helenium Acronem legere sese meminit Porphyrion (serm. I 8, 25).

Sed etiam ille, qui scholia *Γ* compilauit, ex uetere Acrone nonnulla deprompsisse uidetur, quippe qui ipsum laudat Acronem carm. IV 9, 37: 'Acron interpretatur: Lollius'.

Itaque etiamsi uniuersa ea scholia, quae his duobus uoluminibus edidi, ad ueterem illum Acronem omnium

* In nullo huius stirpis codice epistulas legi modo diximus. Codice *p* nil nisi carmina et epodi carmenque saeculare continentur

** Illic *p. 311 pro AvV* legendum est AvV

*** *cf. schol. proprium cζ Ferr. Flor.* serm. II 3, 248 ubi *castanearum mentio fit*

interpretum praestantissimum referenda esse ne stultior quidem homo hodie putauerit, tamen multa ueri Acronis dicta partim integra, partim aucta, partim decurtata uel alio modo uariata in iis inesse uerisimile est. Quin etiam eorum, quae Porphyrioni et Pseudacroni communia sunt, partem aliquam ex uero Helenio fluxisse suspicari licebit: nam quamquam Porphyrionem aliquot saeculis ante Pseudacronem *A'* scripsisse neminem fugerit (cf. quae de Porphyrionis aetate et patria in philologorum Bonnensium symbola p. 491—499 et in editionis Horat. alterius praefatione p. LXXVIII exposui*), tamen nostris scholiis haud pauca insunt, quae aut meliora aut minus mutila leguntur, quam apud Porphyrionem. Quoniam igitur Porphyrio et Pseudacron admodum arta cognatione inter se coniuncti sunt, hunc cum illo congruere permultis locis adnotauimus, interdum etiam ad emendandum Pseudacronis textum uetustiorem illum adhibuimus scholiastam.

V.

De commentatore Cruquiano

At erunt sane qui mirentur, quod 'commentatoris Cruquiani', quem ne unus quidem omnium nostrae aetatis philologorum prorsus spernere ausus est, nulla ferme facta sit mentio. Sed iure ex apparatu nostro exclusus esse putandus est, quippe qui nihil aliud est nisi milliens interpolata et immutata scholiorum *ΓZ* farrago.

Cruquius ipse in praefatione 'ad lectorem beneuolum' scripta de 'commentatore' suo haec narrat (*edit.* 1578 *p.* * * *3*):

'In antiquis commentariis iam pridem in quartum odarum, epodos et satyras euulgatis, lector candide, non-

* Quas opiniones meas per Landgrafium, Wessnerum, Föhrdeum, Kiesslingium aliosque harum rerum peritissimos uiros non solum comprobatas, sed etiam nouis argumentis *gaudeo esse confirmatas*

nullos intelligo et non postremae notae uiros subsannare, atque adeo reiectare dictionem hanc „Commentator" quasi minus idoneam nec satis ut enarratorem notet Latinam: quod etiamsi non penitus infitier, tamen si diligentius animaduertant nostrum ea in re consilium et epistolam ad lectorem olim lib. odarum quarto praepositam candidius pellegant, aequiores certe nobis eos fore crediderim. Nam quis eum nominet honorifice, quem ne nouit quidem? ut taceam ea quae euolui in Horatium scripta uix ullo honore digna, sed ita lacera, manca, mutila, lacunosa et tantum non carie uetustateque deperdita, ut ex iis uix hos Commentarios consarcinauerim. Quid? quod auctoris nomen opera nulla consequi potuerim? In editis olim per Henricum Petri operibus Horatii inter innumeros fere explanatores legere quidem est uirorum doctissimorum Acronis et Porphyrionis numeros et nomina, sed in plerisque eis adscriptis miror atque detestor non oscitantiam typographi, ut quem fortasse mucosum fecit lucri crassus odor, sed ineptos cuculos, qui tantos uiros non reueriti, suae stupiditatis labe non puduit aspergere [*sic*]. Facile coniicio eos in eiuscemodi librarios incidisse, quales per aliquot annos ualide nos exercuerunt; at hoc uehementer abominor, tam praecellentibus scriptoribus eos tantam barbariem nuncupasse. Quod certe ne facerem, et iudicarem ex doctis enarrationibus nihil quam cucullata superesse commenta . . . ea non enarratoris, sed Commentatoris esse uolui. Deinde cum quatuor legerim Horatii interpretes, Porphyrionem, Acronem, Modestum et Scaurum, nec ullis Blandiniis, Tonsanis aut aliis scriptis appositum nomen alicuius, quid cui quaeso adscriberem? Fecerint hoc alii typographi, ut suos typos plausibiliores redderent; nostrum sane non fuit tam stulte te lectorem ludere tibique pro thesauris carbones ostentare'.

His uerbis efficitur commentatorem istum a Cruquio e compluribus codicibus consarcinatum esse auctoris nomine nusquam adscripto. Itaque uerisimile est Cruquium nec ex Porphyrionis quodam codice nec ex Pseudacroniana

familia $cp\zeta$ commentatoris sui maximam partem prompsisse, quoniam illiusmodi libri Porphyrionis, hi* Acronis nomen prae se ferre solent. Nec minus deerant Cruquio codd. AvV: nam in carminum libro quarto, epodis, carmine saeculari, ubi schol. Γ omnino differunt ab AvV, commentator Cruquii nihil aliud praebet nisi schol. Γ. Appellationem 'commentatoris' ex schol. § a. p. 120 sumpsisse mihi uidetur; codicibus usus est scholiorum Γ adauctorum scholiis $\lambda\varphi$**, qualia habemus in codicibus ipsius Cruquii patriae propriis $f\varepsilon$*** et aliquatenus in D. Quodsi nonnulla deprehendimus, quae Porphyrionem sapiunt, hoc inde explicari licet, quod schol. $\lambda\varphi$ inprimis ad Porphyrionea scholia referenda sunt. Accedit quod Cruquium etiam ex edito Porphyrione adnotationes aliquot sumpsisse uideatur. Quin etiam ex recentiorum editorum commentariis haud pauca in 'commentatorem' suum inserebat. Adnotationum enim farraginem, quam ex codicibus manuscriptis congesserat, ita tractauit, ut non solum uerborum ordinem et constructionem, sed etiam uerba ipsa et dicendi genus saepissime mutaret innumerasque emendationes per silentium reciperet, ubicumque id aut sensus aut sermo postulare uideretur. Etsi non omnes, tamen plurimas formas et constructiones eiecit, quae a ueterum usu abhorrebant, earumque loco alias interpolauit, quae cum Ciceronis sermone non pugnant; sexcentas elocutiones, quae minus elegantes uidebantur, elegantioribus cedere coegit. Vbicumque manuscriptorum scholiorum textum corruptum uel mutilum esse putabat, meras coniecturas sine ullo scrupulo in textum inculcauit nec umquam ea uerba in ipsis libris non legi monuit lectorem.

Subinde non solum superuacuae, sed etiam falsissimae occurrunt emendationes, ut a. p. 59: 'Praesente nota] Praesentis temporis charactere. Tracta metaphora est a

* Vt $p\zeta$ *Ferr. Flor.*

** *Haec scholia* propediem edere sibi proposuit Alfredus *Holder amicissimus*

*** *Cod. f nunc* Leeuwardensis est, *z* Leidensis

nummis, quia nummi in noua fusura iuuant inopiam.' Haec stultissima sententia non legitur in codicibus; deest enim uox 'inopiam', quae si deletur, optime intellegimus, quid uoluerit auctor, efficiturque sententia uerissima, qua nouis nummis magis nos iuuari uel delectari dicit quam diuturno usu deterioratis. Inopiam uero haud minus antiquioribus nummis leuari quam noue fusis quis est qui neget?

Nec rarius inueniuntur ii loci, ubi propter aliquam librorum corruptelam aut totum scholion aut scholii alicuius pars silentio praeteritur.

Haec omnia si perpendimus, quamuis 'integram suam fidem' Cruquius ipse iactat (ut p. 639), tamen adeo in eius uerba iurare, ut quaecumque apud commentatorem leguntur, in antiquis scholiis reuera scripta fuisse credamus, haud facile audebimus.

Vt unum, quod antiquitates Romanas attinet, adferam exemplum: equidem in commentatiuncula, quam de sepulcro Romuli et duobus leonibus scripsi (Iahreshefte des österr. archäolog. Instituts 1901 p. 50) uiros doctissimos Modestovium et Gammurinium monui, ne de sensu uerbi 'constat', quod quidem apud commentatorem epo. 16, 13. 14 reppererunt, disceptarent, quippe quod illud uocabulum in ueris schol. Γ non inueniretur.

Aeque uno quidem exemplo monitos uelim eos, qui de litteris Latinis scribunt. Sunt enim qui dicant commentatori Cruquiano pleniorem 'Acronem' quam nobis ante oculos fuisse, eiusque rei testimonium adferant comment. ad serm. I 8, 25: 'Haec Sagana liberta fuisse dicitur Pomponii senatoris, qui a triumuiris est proscriptus.' Atqui Porphyrio ad h. l. scribit: 'Memini me legere apud Helenium Acronem Saganam nomine fuisse Horati temporibus Pompei sagana* senatoris, qui a triumuiris pro-

* sagana *UMP* saga *W* sagam *Holder* cum Petschenigio, *alii* libertam; *uxorem uel* coniugem *fort. Acron ipse, cf. Pseudacr. uetust. epo. 5, 25:* Sagana] Nomen ueneficae alterius. *Haec senatoris cuiusdam* uxor fuit

scriptus est.' Ergo sunt qui arbitrentur ut Porphyrionem ita etiam commentatorem ipsius Helenii Acronis librum ante oculos habuisse. Sed falsi sunt. Immo sicut permultis aliis locis, ita etiam hic nihil aliud fecit Cruquius, nisi ut Porphyrionis adnotationem in commentatoris sui usum conuerteret. Simili modo in schol. u. 48 ea quae Porphyrio ex Varronis uirgula diuina attulit inter commentatoris sui uerba interpolat, sed ita, ut complura uocabula immutata reddantur, id quod in schol. u. 25 quoque uidimus, ubi pro codicum Porphyrioneorum scriptura 'Pompei' Cruquius inculcauit Fabricii coniecturam 'Pomponii'.

Itaque commentatoris istius undique consarcinati ac nimis interpolati nusquam habui rationem excepto uno loco miserrime corrupto serm. II 5, 11, quamquam ne hic quidem illinc nobis lux adfertur.

Simili de causa exclusimus ex apparatu scholia Vindobonensia ad artem poeticam pertinentia, quae Karoli Magni temporibus ab Alcuino profecta nihil aliud sunt nisi paraphrasis schol. *Γ*, cf. quae de Zechmeisteri editione demonstraui in Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 1877 p. 516 sqq.

De commentatore illo Cruquiano fusius disputare proposuit sibi Iosephus Endt, phil. doctor Pragensis, nunc gymnasii Smichovensis professor, qui me liberaliter in plagulis adiuuit corrigendis. Equidem cum aliis de rebus tum de locis aliquot dubiis animum induxi disserere in studiorum Vindobonensium anni 1904 fasciculo primo. Scholiorum *λφ* editionem ab Holdero meo parari iam supra diximus.

Denique iis omnibus, qui in conficiendo hoc opere aliquo modo me adiuuerunt, iterum hic ex animi sententia gratias ago quam maximas.

Pragae, Nonis Decembribus MCMIII

O. Keller

INDEX

VOLVMINE PRIMO continentur haec:
Praefatio p. V—X
Siglorum conspectus p. XI—XIII
Vitae Horatii p. 1—3
Expositio metrica p. 4—12
Scholiorum in carmina, epodos, carmen saeculare contextus p. 13—480
VOLVMINE SECVNDO continentur:
Praefatio p. III—XIV
De recensione § (*ν VZ*) p. III—VI
De recensione *Γ* p. VI—VIII
Stemma codicum p. VIII
De adscripto nomine Acronis p. IX sq.
De commentatore Cruquiano p. X—XIV
Siglorum explicatio p. XVI
Scholiorum in sermones, epistulas, artem poeticam contextus p. 1—379
Glossarum *Γ* appendix p. 380—398
Index auctorum p. 399—415
Index generalis siue nominum, rerum elocutionumque memorabilium p. 416—508
Addenda aut corrigenda p. 508—512

SIGLORUM EXPLICATIO

A' = archetypus codicum A et §
A = cod. Parisinus 7900 A saec. X
$\Gamma' = \Gamma + \nu$
$\Gamma = r$ et γ, aut r uel γ cum quolibet altero codice ad stirpem Γ pertinente ut αbf. In apparatu critico Γ semper $= r\gamma$ est, numquam $= \gamma\alpha$ aut rb simil.
C = cod. Monacensis Lat. 14685 saec. X. Scholia C et E magis cum glossis Γ quam cum adnotationibus in margine additis congruunt
D = cod. Argentoratensis C VII 7 saec. X
E = cod. Monacensis Lat. 14865 pars altera saec. X
$F = \varphi$ et ψ
$H.$ = Holder
$K.$ = Keller
L = cod. Lipsiensis I 4, 38 saec. X
Porph. uel $P.$ = Porphyrio
V' = cod. unde descriptus est cod. V
V = cod. Vaticanus Latinus 3257 saec. XII
Z = familia $cp\zeta$ uel $c\zeta$
α = cod. Halensis Yg. 21 saec. XI
γ = cod. Parisinus Latinus 7975 saec. XI
ε = fragmenta Einsidlensia saec. X
ζ = cod. Parisinus Latinus 7985 saec. XV
λ = cod. Parisinus Lat. 7972 saec. X init.
μ = cod. Montepessulanus nr. 425 saec. XII
ν = cod. Dessauiensis A saec. X init.
φ = cod. Parisinus Lat. 7974 saec. X init.
ψ = cod. Parisinus 7971 saec. X init.
a = cod. Ambrosianus O 136 saec. VIIII exeunt.
b = cod. Bambergensis K, 2 saec. X
c = cod. Wolfenbuttelanus Lat. Aug. 81. 31 saec. XV
edit. = editiones ueteres, ante saec. XIX, inprimis Fabriciana 1555
f = cod. Franekeranus saec. XI—XII
m = cod. Monacensis Latinus 375 saec. XI—XII
o = cod. Argentoratensis C VI 19 saec. X—XI
p = cod. Parisinus Latinus 7988 saec. XV
r = cod. Parisinus Latinus 9345 saec. X—XI
u = cod. Parisinus Lat. 7973 saec. VIIII—X
x = cod. Oxoniensis Doruillianus Lat. 198 saec. XI
z = cod. Leidensis Vossianus 21 saec. XII
$\langle\,\rangle$ = quae addita sunt ab editore
$[\,]$ = quae interpolata uidentur
† = locus nondum sanatus
* = ea scholia quae nec in A nec in V tradita sunt
$\mathcal{S}$ = *schol.* $\nu Vc\zeta$ uel $\Gamma' Vc\zeta$ (uel $\Gamma Vc\zeta$) congruentia

SERMONVM LIBER I.

§ Sermonum libri ideo dicti, quia uili sermone sunt potius quam tumenti, siue quia ad praesentes scribuntur. Epistulis enim ad absentes loquimur, sermone cum praesentibus. Quamuis igitur hoc opus satyram esse Horatius ipse profiteatur, cum ait (*s.* II 1, 1. 2):

> Sunt quibus in satyra uidear nimis acer et ultra
> Legem tendere opus,

tamen proprios titulos uoluit ei accommodare, hos priores duos libros Sermonum, posteriores Epistularum ⟨in⟩scribens (*Γ' Vcζ ex Porph.*

§ Satyra dicitur lancis genus tractum a choro Liberi patris, qui est minister uini et epularum (*Γ' Vcζ*

§ Satyra istius inter Lucilii est et Iuuenalis; nam et asperitatem habet, quam [et] Lucilius, et suauitatem, quam Iuuenalis, mixtam in suo carmine. Denique nisi Iuuenalis scripsisset, isto nemo esset melior; uerum tamen sciendum est, quia satyrarum carmen a primo omnium auctore Lucilio repertum est. Plerique satyram a lance,

2 sunt *rcζ*] sint *γvV* 4 eplis *v* epis *γ* epistolis *rVc* epistolis *ζ* 5 satyram *rVcζ*] satiram *γ* suturam *v* 7 satyra *rvVcζ*] satira *γ* 10 libros duos *γ* (epistul: *r Porph.*) scribens *codd.* inscribens *edit. cum Porph.* 12 (satyra *Γ' Vcζ*) 14 satyra *vVcζ*] satira *Γ* 15 et *ante* Lucilius *om. γcζ* 16 mixtam *rcζ*] mixta *vV* t mixta (*sic*) *γ* 18 satyrarum *vVcζ*] satirarum *Γ et v alt. loco* 19 satyram *vVcζ*] satiram Γ

quae plena diuersis frugibus templo Cereris infertur, nomen accepisse dicunt; nam et ea hoc nomine appellatur. Ergo et hoc carmen propterea satyram nominarunt, quia ita multis et uariis rebus refertum est, ut audientes saturet. Alii dicunt, quod ideo satyra uocitata sit, quod ita [in] conuitia et crimina hominum libere inuadat, ut saturati homines idest ebrii (Γ′ Vcζ

SERM. 1

1. Quae ratio, quae res facit, ut studia diuersa laudent? Respondit 'auaritia' (Γ′ f V

*Qui fit (cζ)] Vnde, quo modo, ex qua causa (Γ′ fcζ

*Sortem (νcζ)] Professionem, propositum, institutum uiuendi (Γ′ cζ

2. *Seu ratio deder · (ν)] Signate dixit: ratio dederit, fors obiecerit (Γ′ cζ

§ Aut ratione inimus propositum uitae aut fortuna; uerbi gratia: aliquis init, ut militet: hoc rationis est; alius de summo gradu felicitatis ad ima detrusus init docendi aut arandi necessitatem: hoc fortunae est (Γ′ Vcζ

§ Breuiter duas sectas tetigit; nam cum dicit ratio, Stoicos tangit, cum fors, Epicureos. Stoici enim dicunt omnia certa ratione fieri, Epicurei fortuitu (Γ′ Vcζ

3. *Laudet diuersa (ν)] Terentii illam tractat sententiam (*Phorm.* I 3, 20):

Omnis nosmet nostri poenitet (Γ′ bcζ

1 frugibus diuersis γ in templo γcζ templo *cett.* 3 satyram rνVcζ] satiram γ 5 satyra rVcζ] satira γν uocitata rνVc] uocata γζ *uar.* appellata ζ in conu: rνV; in *om.* γcζ 6 conuitia Γ] conuicia Vc conuiuia ν uitia ζ inuadat γcζ] uadat rνV saturati] saturi r 7 idest] uel ν *10 respondet Hauthal* 11 modo] *om.* c 16 proposita V *19 arandi] orandi Pauly sil.* 21 epicureos cζ] epicuros *cett.* *22 fortuitu] fortuna c* 25 poenitet Γ penitet bνcζ

5. § **Membra** (*V*)] Figurate 'fractus membra', sicut (*Verg. Aen.* VIIII 582):

Pictus acu tunicam

[idest **fracta membra habens**] (*Γ' b f L Vcζ*

7. ***Militia** est **potior** (*c*)] *Κατὰ κοινόν* (*Γ cons. cζ*

***Quid** enim? (*νc*)] Quare non? et est **comicum** (*Γ' c ζ*

***Concurritur** (*cζ*)] Confligitur (*Γ' cζ*

8. ***Cita mors** (*ν*)] Nam cito mori pro beneficio est (*Γ' f cζ*

9. § 'Iuris legum' quoniam multa genera iuris sunt (*Γ' f Vcζ euan. b*

10. § **Sub galli cantum** (*νcζ*)] Prope galli cantum, ut (*Verg. Aen.* I 662):

Sub noctem cura recursat (*ex Porph.*).

'Sub' autem, quotiens tempus significat, accusatiuo iungimus, quotiens locum, ablatiuo (*Γ' f L Vcζ*

§ Consultor (*νcζ*)] Percontator; nam interrogator non dicitur. Consultus est, qui docet; qui discit, consultor (*Γ' b f Vcζ*

11. § **Vadibus** (*νcζ*)] Sponsoribus: a uadimonio [dicti], quo promittit se is, qui ad iudicium prouocatur, certo die **adfuturum** (*Γ' f L Vcζ*

§ Vades ideo dicti, quod qui eos dederit, uadendi **habet** potestatem (*Γ' b f Vcζ ex Porph.*

13. ***De genere hoc** (*cζ*)] Qui diuersa laudant de inconstantia (*Γ' b f cζ*

14. § **Delassare** (*νc*)] Valde lassare. Ita sunt multa, ut si uelit haec enumerare, homo garrulus nimium fati-

1 **sicut** — **tunicam**] *b non liquet* 3 **tunicam**] chlamydem *ν* **clamidem** *cζ* 4 **idest** — **habens**] *om. cζ* 5 *κ*: *κ*:] *spatium relictum in cζ* KOINVM *γ* koinum *r* 11 **quoniam**] quia *cζ* 21 **dicti** *V om. Γ' f L cζ* 22 **promittis** *γ* seis f eis *r ν* LV *is cζ om. γ* *qui*] *quę f V* **prouocatur**] prouocant V 28 *delassere ν*

getur. Fuit tamen Fabius** eques Romanus Narbonensis, qui aliquos libros ad Stoicam philosophiam pertinentes conscripsit (*Γ′fVcζ cons. Porph.*

§ Fabius hic Pompeianas partes secutus aliquos libros scripsit ad Stoicam sectam pertinentes (*cons. Porph.*) et cum Horatio s⟨a⟩epe de disciplinis contendit; ideo ait loquacem (*Γ′fVcζ*

15. § Quo rem deducam (*ν*)] Quid uolo dicere, quia omnes queruntur de professionibus suis et nemo uult eas deserere? (*Γ′fLVcζ*

16. *Qui modo miles (*cζ*)] Deest eras (*Γ′cζ*

20. § Quid causae est (*νc*)] Qua causa Iuppiter non [iure] inflet contra eos buccas suas, quod est indignationis signum, idest irascatur et expuat in facies eorum et promittat se posthac preces eorum non admissurum? (*Γ′fVcζ*

23. § Pr⟨a⟩eterea (*ν*)] Ne, quemadmodum qui ioculatia narrat, ridens percurrit, et ego ridens percurram quod coepi, audi, qua ratione coepi (*Γ′fVcζ*

24. § Quamquam rid. (*ν*)] Quamuis et ridentem licet uerum dicere, ut risus remedio duritiae sit, quae dicentem uera sequitur, ne aspere audiatur, quod uerum dicam (*Γ′fVcζ*

§ Sensus est: quamquam laetitia ad ueritatem discendam obesse non possit, sicut crustula infantes a litteris non inpediunt (*Γ′fVcζ*

25. *Olim (*cζ*)] Nonnumquam, interdum (*Γ′bfcζ*

§ Crustula quando neutraliter dicimus, edulia significamus, ut apud Virgilium (*Aen.* VII 115):

Fatalis crusti;

1**= M. Fabius Gallus 4 aliquos — pertinentes] *hic om. cζ* 12 cause *ν* 13 iure *om. cζ*, *post* inflet *pon. r* 14 expuat *cζ*] exspuat *rf* expuet *γνV* 18 audi — coepi] *om. γ, propter homoeoteleuton* 20 sit *cζ*] *om. cett.* 23 est *νc*] *om. Γζ* (et *est sensus f*) 24 crustulis *cζ* litteris *γVc*\ literis *rf* biteris *ν (alliciens pro* a litteris *ζ)* 25 inpediunt *ΓV* ut uid.\ *impediuntur νfc cons. ζ* 28 apud uirg.\ uirg. *cζ*

quando feminino 'haec crusta', fragmenta significat, ut apud eundem Virgilium (*georg.* III 360):

Concrescunt subitae currenti in flumine crustae

(*Γ′f Vcζ*

*Crustula (*c*)] Placentas (*Γ′bcζ*

27. *Ludo (*cζ*)] Rebus iocularibus (*Γ′bcζ*

*Seria (*cζ*)] Necessaria (*Γ′bfcζ*

28. *Terram qui uertit aratro (*c*)] Qui rusticae uitae studet (*Γ′bfcζ*

30. *Hac mente (*c*)] Hoc consilio, hoc proposito (*Γ′cζ*

32. § Aiunt cum sibi s. (*ν*)] Ideo dicunt sese a prima aetate laborare, ut habeant in senectute (*Γ′bfVcζ*

*Cibaria (*cζ*)] Viatica, alimenta (*Γ′bfcζ*

33. *Nam exemplo est (*c*)] Parenthesis (*Γ′bfcζ*

*Magni laboris (*ν*)] Magnum (magni *edit.*) antitheton: paruula magni laboris (*Γ′cζ cons. Porph.*

35. Haud ignara ac non incauta futuri (*γV*)] Quia formica, quam tu ad exemplum trahis, in eo cautior est quam tu, quod per hiemem requiescit et utitur praeparatis: tu autem, ut nemo sit te ditior, nulla pericula pertimescis (*Γ′fV*

*Virgilius (*georg.* I 186):

Metuensque inopi formica senectae (*Γf*

36. *Inuersum annum (*ν*)] Mutatum, inclinatum in hiemem (*Γ′bcζ*

§ Magnum epitheton anni, ut (*Verg. Aen.* II 250):

Vertitur interea caelum,

quoniam in se semper annus reuertitur et uoluitur. Maximae autem pluuiae et frigora commouentur, cum sol in

1 haec *crusta*] *om.* cζ fragmenta νc] fracmenta Γf *fracmta V fragmento* ζ 12 ideo] *om.* ζ *et edit.* 27 'magnum' *cf. schol. a. p. 157* 29 in se] *om.* cζ

Aquarium uenerit; hoc autem fit XVII. Kal. Febr. (*Γ′fVcζ cons. Porph.*

38. Ante qu⟨a⟩esitis (*ν*)] Idest quaesitis per aestatem patiens utitur atque contenta (*Γ′V*

*Patiens (*ζ*)] Contenta (*Γ′fcζ*

41. 42. *Quid iuuat (*νcζ*)] Idest cum omnia facias propter argentum, auare, quid te iuuat, cum hoc defoderis in terra? (*Γ′fc cons.ξ*

42. *'Timidum' ut in arte poetica (*u.* 170):

Quaerit et inuentis miser abstinet ac timet uti

(*Γ′bfcζ*

§ Quod si comminuas (*ν*)] Quasi antipophora est, ut dicat auarus: si coepero argento hoc uti, redit 'ad assem', hoc est 'ad exiguum' (*Γ′fVcζ*

45. *Triuerit (*ζ*)] Deest 'si' (*Γ′fcζ*

47. § Vt si r. p. (*c*)] Quemadmodum inter seruos plurimos, qui portat panis reticulum, non plus accipit, quam is, qui nihil portat, ita et tuus uenter non plus accipiet quam meus, quamuis non multum possideam (*Γ′fVcζ cons. Porph.*

*'Reticulum' rete, quo in urbe panis inter uenales portari solet; 'uenales' seruos (*cζ cons. Γ′*

49. 50. § 'Intra naturae fines' uiuit is qui tantum est (= edit), quantum capit uenter hominis per naturam (*Γ′fVcζ*

§ Idest cum naturae fines non possis excedere magnitudine diuitiarum, quia omni modo est naturae legibus seruiendum, quid tibi prodest late possidere? (*Γ′fVcζ ex Porph.*

1 fit *rfvVζ*] *om. γc* 3 idest] *om. ν* 6 idest] *om. νf, defic. ζ* 10 quaerit (querit *c*) et inuentis *cζ*] *om. cett.* miser — uti] *om. f* ac *bcζ*] et *Γ′* 12 antipophora *νζ*] antipofora *ΓfV* antiphora *c* ut — est] *om. ζ propter homoeoteleuton* 14 exiguum] nihilum *r* 21 inter uen: *cζ*] uenalis *Γ′* 22 uen: seru: *eζ*] inter seruos uen: *Γ om. ν* 23 uiuit is *K.*] uiuens *r* uiuitis *γfvV* u. *cζ*; edit. perperam qui *K.*] que *γc* quae *fvζ* quantum *r* tantum] om. *τ*

*Intra natur⟨a⟩e finis (*ν*)] Naturae fines sunt, ut satur sit homo, quod etiam exiguo censu contingere potest (*Γ′fcζ*

50. *Iugera c. (*ν*)] Numquid ideo, quia habes centum milia modios, plus potes comesse quam ego, qui habeo centum modios? (*Γ′fcζ*

51. *At suaue est (*cζ*)] Obiectio (*Γ′bfcζ*

52. *Dum ex paruo (*νc*)] Iterum interrogat: quasi contentio inter duos, dialogismos (*Γ′fcζ*

*Haurire (*cζ*)] Accipere, consumere (*Γ′fcζ*

*Relinquas (*cζ*)] Concedas (*Γ′fcζ*

53. § Cur tua plus (*cζ*)] Cumeram dicimus uas ingens uimineum, in quo frumenta conduntur, sicut ipse alibi (*epist.* I 7, 29. 30):

> Forte per angustam tenuis uulpecula rimam
> Repserat in cumeram frumenti;

siue cumerae dicuntur uasa fictilia similia doliis, ubi frumentum suum reponebant agricolae. Tertio cumerae dicuntur uasa minora, quae capiunt quinque siue sex modios, quae lingua Sabinorum trimodiae uocantur (*Γ′fVcζ*

54. § Vt tibi si sit opus (*c*)] Sensus hic est: ita stultus est, quisquis ex magnis diuitiis uult sumere, quod ad uitam possit sufficere, ut ille, cui cum certus modus aquae sit necessarius, malit eum de flumine quam de fonte haurire breuiore (*Γ′fVcζ sim. Porph.*

*Liquidi (*νcζ*)] Liquoris (*Γ′fcζ*

56. 57. § Eo fit (*νc*)] Idest et exinde fit, ut multi propter auaritiam periclitentur (*Γ′fVcζ*

9 dialogismos *codd.* (*cons. fζ*)] dialogistas *coni. K. conl. Vulc. Gallic. Auid. Cass.* 3, 5 12 cumeram] cumerum *ν* 13 conduntur] reconduntur *ν* 20 trimodiae *rfV* trimodie *νcζ* trimodia *γ* 21 *hic] om. fcζ* est *om. ζ* 22 quisquis *γcζ*] *quisqui rνV* 23 *cui Γ′Vcζ] om. νf* 27 et *γνV*] *om. rfcζ* 28 *periclitentur] mori dentur (sic) V*

57. *Copia (*νc*)] Vt poeta (*Verg. Aen.* II 564):

Respicio et, quae sit me circum copia, lustro

(*Γ′ f c ζ*

*Ordo: copia plenior iusto (*γ ν c ζ*

*Plenior (*cζ*)] Maior (*Γ′ f c ζ*

*Iusto (*cζ*)] Moderato, sufficienti. Idest ultra usum; plus quam oportet (*Γ′ c ζ*

58. § Cum ripa s. a. (*ν*)] Cum securitate sua uel cum domicilio idest sede auferet eos periculum. Hic allegoricos docet paucis contentum neque sordidos quaestus sectari neque inplicari periculis (*Γ′ f V c ζ*

*Auulsos (*cζ*)] Raptos [sublatos] (*Γ′ f c ζ*

*Aufidus acer (*ν*)] Apuliae fluuius cum impetu fluens, [sed] nunc pro periculo posuit (*Γ′ b c ζ*

59. *Quanto est opus (*c*)] Quantum sufficit (*Γ′ f c ζ*

*Limo (*νcζ*)] Pro eo quod est perturbata uita (*Γ′ f c ζ*

60. *Neque uitam a. in undis (*ν*)] Idest non cadit in periculum, nec nimia mole deprimitur raptus aquae impetu (*Γ′ f c ζ*

61. *Decepta c. (*ν*)] Falsa opinione, aut inepta et inani cupiditate (*Γ′ b f c ζ*

§ Cupidine f. (*c*)] Pro eo, quod est falsa cupiditate. Et notandum cupidinem genere masculino pro cupiditate noue omnino (*Γ′ f V c ζ*

62. § Nil satis est inquit (*ν*)] Ita multi homines praua cupiditate possessi dicunt: appetenda est maxime pecunia, cui defertur praecipue (*Γ′ f V c ζ*

2 respicio et] *om. f* lustro] *om. ν* 9 auferat *f c* aufferat ζ 11 inplicari *γ*] implicari *cett.*, *V add.*: 'idest non cadit in periculum' *uide lin. 18 sq.* 12 sublatos *om. cζ* *13 fluens] currens b* 14 sed *cζ om. cett.* nunc] hunc *b* *16 pert:] conturbata ζ* turbata *rf* 19 depr:] obruitur *cζ* *21 et Γcζ] aut νf* 23 cupidine f.] fto c. ζ 27 appetendam esse maximam pecuniam *cζ* maxime] maxima V

§ Nil satis est inquit quia tanti quantum habeas sis (*V*)] Nescio qui tibi dicit, quod numquam satis diuitiae congerantur. Pro modo enim earum et personis [honor] defertur (*Γ′fVcζ sim. b*

§ Auarus ideo plus uult habere, quia cumulus diuitiarum grandem hominem congeminat (*Γ′Vcζ*

63. § Quid facias i. (*c*)] Si talis est, ut ab hac persuasione remoueri non possit, permitte eum miserum esse. Quid enim ei facias, qui talis est? (*Γ′Vcζ*

§ Miserum esse libenter (*v*)] Libenter miser est is, qui pro uoto suo magno labore quaerit maximam pecuniam (*Γ′Vcζ*

64. *Quatenus (*cζ*)] Quamdiu (*Γ′fcζ*

§ Vt quidam m. A. (*vc*)] De Thimone ait Atheniensi, qui cum odium generi humano indixisset, ipse tamen pecunia sua laetatus est (*Γ′fVcζ*

66. § Populus me sibilat (*v*)] Quia solebat populus ingressis theatrum bene meritis plaudere, malos exsibilare (*Γ′fLVcζ cons. Porph.*

§ Vel aliter: quando dabat munus, pauca donabat et a populo sibilum patiebatur (*Γ′fLVcζ*

67. *Contemplor (*cζ*)] Considero (*Γ′fcζ*

68. § Fugientia c. f. (*v*)] Auaros ait poena urgeri, quam Tantalo fabulae ascripserunt; sed commendandum est hoc pronuntiatione. Vult autem hoc dicere, quod similis est Tantalo, qui habet pecuniam et non utitur, quia, quemadmodum Tantalus non potest uti praesentibus, ita neque auarus (*cons. Porph.*); sed ille a Furiis, iste sua uoluntate prohibetur (*Γ′fVcζ*

1 nihil *V*, nil *γv* 4 honor *b et edit., sed cf. p.* 8, 28 5 ideo *cζ*] adeo *Γ′V* 9 ei facias *rvV*] facias ei *γc* facias illi *ζ* 11 pecuniam maximam *V* 14 thimone *Γ′V*] thymone *fcζ* 15 odium] odium pecuniæ *ζ* odium pecunie *c* pecunia sui *r* pecunia *sua cett.* 18 ingressus *γLVcζ* exsibilare *γfvc*\ *exibilare rVζ exhibilare L* 23 urgeri *γfvVζ* Porph.\ urgueri *r urgere c* 29 *uoluptate v* uolumptate *ζ*

metuere et labor tuus finem debet accipere, cum adqu
tum habeas, quantum optaueras (*Γ′ f Vcζ*

94. § 'Auebas' enim aut quantum auidus fueras qu
rere aut auide cupiebas; unde auidi auari dicti (*Γ′ f*

95. *Diues (*νcζ*)] Deest hic 'ita', ut sit: ita di
(*Γ′ b f cζ*

97. *Non umquam seruo m. u. (*ν*)] Potest et 'n
numquam' legi, ut perraro melius seruo uestitus fu
(*Γ′ b f cζ*

100. § Tyndaridarum (*νc*)] [Graecarum.] Pro T
daridum. Significat autem Clytemestram aut Helen
Nam Clytemestra Agamemnonem, Helena Deiphobum int
fecit, at ambae Tyndarei filiae (*Γ′ f Vcζ*

101. § Neuius tam parcus fuit, ut merito sordi
appellaretur. Econtra Cassius Nomentanus tam profu
fuit, ut sestertium septuagies libidini et gulae inpende
Huius cocum Damam nomine Sallustius Crispus cente
milibus annuis conductum habuit (*ex Porph.*).

102. 'Nomentanus' aut nomen proprium est
gentile de Nomentana ciuitate, et significat quendam C
sium luxuriosum, qui inde fuit (*Γ′ f Vcζ*

§ Pergis p. s. (*c*)] Idest quare pugnantia contra
loqueris? quod auarus et luxuriosus pugnantia sunt,
non magis conuertis te ad id, quod est commodum, id
medium? (*Γ′ f Vcζ*

*Ordo est: frontibus aduersis pugnantia (*Γ′ bcζ

1 debet] *om. V* 3 aut quantum *γV*] ait quantum *rfc*
4 auari dicti *γνV*] auari dicti sunt *f* dicti sunt auari *r* au
sunt dicti *cζ* 5 ita ut — diues] *om. b* 10 graecar
om. f V pro tynd:] *om. cζ* 11 clytemestram *c*] clet: *ζ* clit: *cett*
12 demestra *V* clit: *cett.* agamemnonem *γ*] agamem *ν* a
mennonem *rf V* agamenonem *cζ* deiphobum *ν*] deiphoebu
deiphebum *f Vζ* deiphebus *c* 15 econtra *νf Vc*] et contra
contra *Porph.* 16 inpenderet *Γ*] impenderet *νf Vcζ* 17 s
lustius *νf*] salustius *Γ Vcζ* 18 annuis *K. ex Porph.*] an
γνVcζ nummis rf aeris *edit.* 19 nomentanus] *om. V l*
matis instar ponit ν aliter nomentanus *cζ* 22 se *γcζ*\te
codd. 26 est *om. rcζ*

103. *Componere (*νcζ*)] Comparare, quoniam, qui repugnant, frontes aduersas habent (*Γ′bfcζ*

104. § Cum ueto te fieri uappam a. a. n. (*c*)] Vappae dicuntur perditi ac luxuriosi; nebulones uero uani et leues ut nebula. Aliter: uappa dicitur stultus et insulsus, qui nihil sapit; dicitur etiam uinum uappa, quod perdidit saporem (*Γ′fVcζ*

105. § Tanais, libertus M⟨a⟩ecenatis nobilissimus, spado, socer autem Viselli hirneosus (*cf. Porph.*); ac si diceret: multum interest inter eunuchum et hirneosum, idest inter ramicosum et spadosum (*Γ′fVcζ*

106. *Est modus in rebus (*νc*)] Vt metron ariston (= *Pseudophocylid.* 36: *πάντων μέτρον ἄριστον*), hoc est (*Terent. Andr.* I 1, 34): 'nequid nimis'; ideo ait: 'est modus in rebus' (*Γ′bfc om. ζ*

107. *Quos ultra citraque (*ν*)] Idest ultra hos fines et infra rectum consistere non potest, sed in hisdem (*Γ′bfcζ*

108. § Illuc unde abii redeo (*Γ′Vc*)] Quia digressionem fecit inducta fabula Vmmidii, transit modo ad propositum suum, ad danda praecepta (*Γ′fVcζ*

§ Et est duplex sensus: aut quod omnes alienas conditiones laudant, suas uituperant, sed praecipue auarus, qui se miserum dicit et egentem; aut quod ceteri quidem homines aliena studia approbant, auarus uero in eo sibi, quod auarus est, placet (*Γ′Vcζ*

1 qui] quae *ζ edit.* que *c* 4 ac *γνfV*] et *rcζ* uani *γcζ*] auari *rνfV* 6 etiam] enim *fc om. ζ* 9 hirneosus *γ Porph.* hyrniosus *rfV* hyrneos *ν* herniosus *cζ* 10 hirneosum *γ* hyrneosum *ν* hirniosum *f* hyrniosum *V* herniosum *cζ* 12 ut — nimis] *om. f* metron — est] *om. c* metron (metro *γ*) ariston (aristen *b*) *Γ′b* 16 fines *Γ′bf*] modos idest fines *cζ*. 17 sed in hisdem] *om. bf* hisdem] iisdem *cζ* 19 quia] qua *V* 20 ummidii *γν*] *om. r, lacuna in V* uubidii c umidii *f* ubi dii *ζ* 22 et est *rν*] *om. γVcζ* condiciones *V* 23 laudent *cζ* uituperent *cζ* 25 in eo sibi quod *νV*] *in eo quod sibi* quod *r* in eo quod sibi *γ*, sed binis *punctis additis supra uocibus* sibi *et* placet sibi *ante* placet *pon. cζ* 26 (placet, *non* placeat, *omn.* codd., etiam c*ζ*)

108. 109. *Nemon (*sic etiam ν*) ut a. se p. (cζ)] Quomodo nemo auarus se probet, nemo auarus sibi suffici⟨a⟩t, nec de se iudicet (Γ′cζ

109. *Probat [esse] se auarum, qui aliena cum gemitu miratur (Γ′fcζ

§ Laudet diuersa (ν)] Ad sermonis sui sensum, quem inchoauerat, recurrit. Cum coeperit autem dicere nullum hominum statu rerum suarum gaudere et laudare diuersa, a quibus dissentiret, tamen auarum ait solum proposito suo gaudere (*ex Porph.*). Haec autem admiratio pronuntiantis non ad illud pertinet, quod auarus se non probet, sed quod nemo alius (Γ′fVcζ

110. § Quodq; a. c. g. d. u. t. (c)] Quomodo tabescat auarus cum uideat pleniora ubera capellae uicini esse (Γ′fVcζ

*Ouidius (*art. am.* I 349. 350):

> Fertilior seges est alienis semper in agris
> Vicinumque pecus grandius uber habet

(Γ′cζ *cons. Porph.*

111. Quia maior [est] numerus pauperum, moneo, ut nemo se existimet pauperem (Γ′fV

111. 112. § Neque se m. p. t. c. (c)] Ad illud redit, ut dicat, quomodo auarus non pati⟨a⟩tur se esse pauperem, sed studeat singulos superare diuitiis (Γ′fVcζ

114. § Vt cum c. m. r. u. c. (c)] Totus iste uersus dianecos (= διανεκῶς = uno tenore) est (Γ′ Vcζ

§ Nam hoc interposito sequentem superiori sensui adiungit; qui sensus talis est: quemadmodum auriga instat cum equis his, qui uincunt equos suos. Quando autem

2 sufficit Γ′cζ sufficiat *edit.* 4 esse ν *om. cett.* auarus γcζ 7 autem Γ′fVcζ *Porph.*] ante *edit. sil.* 8 hominum γνVcζ *Porph.*] hominem rf 14 uideat] uiderit cζ 18 grandius cζ *Porph. Ouidius*] grauius γ gratius rν 20 est Γ′] *om.* fV 23 patitur *codd.* patiatur edit. 26 dianecos est *K. uid. stud. Vindobon. 1901 p.* 109] dianeco aut dianecō est V *diane cō ē r diane c̄ ē ν* diafonem γc diafon ζ

instat? cum rapit ungula currus. Contempnit autem sequentem, idest posteriorem; ita auarus semper festinat uincere ditiorem (*Γ′fVcζ*

115. § 'Equis' septimus casus est (*Γ′Vcζ*

§ Vincentibus (*νVc*)] Datiuus. Hoc est: his instat, qui praecedunt (*cons. Porph.*). Aliter: quibus instat suos uincentibus, idest nititur transire priores, contempnens eum quem transierat (*Γ′fVcζ*

117. § Inde fit (*νc*)] *Ὑπέρβατον*. Inde fit, ut raro reperire queamus (*cons. Porph.*), qui se uixisse beatum dicat; adeo auiditate pecuniae etiam circa diem mortis cupiditas ardet (*Γ′Vcζ*

118. § Contentus tempore (*ν*)] Quia desiderio possidendi angitur, cum mors ei aduenerit (*Γ′Vcζ*

*Quia, dum student pecuniis, aliquam requiem habere non possunt (*Γ′cζ*

120. *Iam satis est (*νcζ*)] Modum sibi statuit de auaris dicendi (*Γ′fcζ*

§ Ne me Crispini (*ν*)] Philosophi cuiusdam loquacissimi, qui aretalogus dictus est (*Γ′fVcζ cons. Porph.*

§ Hic Crispinus poeta fuit, qui sectam Stoicam uersibus scripsit. Sufficit ergo, inquit, me de auaris dixisse, hoc est me Stoice locutum esse (*Γ′fVcζ*

*Nam Stoici de diuitiis maxime disserunt; ne me quidam putet de libris Crispini, quae dico, surripuisse (*Γ′fcζ*

*Scrinia (*c*)] Capsae, in quibus libri continentur (*Γ′fcζ*

3 diuitem *cζ* 4 equis *ν*] Suus (*leg.* suos) equis *V* suis equis *Γfcζ* 6 aliter] uel *cζ* 7 contempnens *Γ′f* contempnis *V* contemnes *c* contennens *ζ* 9 yperbaton *γνVζ*, *Graecis litteris r* ipèrbaton *c*, *om. Porph.* 10 reperire *Γcζ*] repperire *ν Porph. cons. V* 15 *hoc schol. cζ post* cupiditas ardet *interpolant mutatis* student *in* studet *et* possunt *in* potest 19 trispini *u*; *in V lemmatis loco sex litterarum spatium relictum est* 24 *ne] idest* (idē *ζ*) ne *cζ*

SERM. 2

1. 2. § AMBVBAIARVM collegia (*sic c*)] Ambubaiae dicuntur mulieres tibicines lingua Syrorum (*cf. Porph.*). Etenim eorum lingua tibia siue symphonia ambubaia dicitur (*Γ′ b f Vc ζ*

§ Balatrones autem luxuriosos ac perditos uocat a Seruilio Balatrone, cuius in secundo (*serm.* II 8, 21) meminit, ut ex huius nomine similis uitae homines balatrones sint appellati (*Γ′ b f Vc ζ*

§ Legitur et baratrones, qui bona sua lacerant, id-est in baratrum mittunt (*Γ′ b f Vc ζ*

1. *Pharmacopol⟨a⟩e (*ν*)] Vnguentarii (*Γ′ b f*

2. § 'Balatrones' a balatu ouium, quasi ciborum sectatores, quasi comestores, qui rem suam in uoram mittunt (*Γ′ b Vc ζ*

*Balatrones a balatu intortae uocis dicuntur, qui idem et blatterones dicti. Sunt autem proprie uaniloqui (*Γ′ b f c ζ cons. Porph.*

3. § Cantoris Tigelli (*ν*)] Mutato nomine per inuidiam cantorem pro musico obtrectatorie dicit. Fuit autem modulator optimus, in Sardinia natus. Is carmina Horatii negabat satis perite modulata, et idcirco carpitur ab illo (*Γ′ b Vc ζ*

Marcus Tigellius Hermogenes, musicae peritissimus et uocis eximiae, Gaio Caesari dictatori et post Cleopatrae acceptissimus, Augusto quoque Caesari amicissimus; erat autem largitor adeo, ut scenicis et circulatoribus multa donaret (*Γ′ b f V ζ ex Porph. om. c*

2 ambubaiae *Γ b f*] ambubaie *Vc* hambubaie *ν* ambubaiane *ζ* 4 ambubaia *r f V b c ζ*] hambubaia *γ ν, abscis. b* 10 baratrones *γ c*] balatrones *ν b f V ζ* 11 baratrum] baratra *f* 12 ungentarii *γ b* 14 quasi comestores] *om. ζ* 16 *balatrones] om. ζ* intortae *edit.*] intorte *c ζ* incertae *Γ′ b f* *dicuntur] om. c ζ* 17 blaterones *γ* latrones f balatrones c *ζ* 21 *sardinia]* sardia *c ζ* Sicilia *Pauly sil.*

*Ideo autem dixit cantoris, quia dicebatur in poematibus suis placere uoce, non carminum probitate (*Γ′bcζ*

2 fen: — historiographus] *om.* ζ fener: *νc*] foener: *ΓV* fęner: *b* 3 conuitia *γc* conuiuia *r pr. v* conuicia *r corr. bV* 4 fuit] fuerit *cζ* 9 et] *om. cζ* dicitur *cζ* 11 hic] ast hic *cζ* 13 commixit *c* connixit ζ 14 comminxit *γV* commuxit *c* commixit *rv* commisisti ζ 15 fregit] fregerit *cζ* 16** = *qui de personis Horatianis scripserunt, uid. Porph.* 17 alexandriam (all: ζ) *ΓfVcζ Porph.*] alexandream *v*, *euanuit b* 18 ibique — fecisse] *om. cζ* 19 ergo *Γf*] uero *v om. Vcζ*, *euanuit b* 22 *lemma om. cζ* uas aut] *om. cζ* 23 iocundus *γbζ* iucondus *f* 25 est] *om. vcζ* iocundus *γfVζ*, *euanuit b*

Ideo hunc debeo persequi? (*Γ′ b f V c ζ cons. fort. Porph. originarius*

96. § Dogma reprehendit Stoicorum, qui omnia peccata paria esse dicunt, et ait ne ipsos quidem in hac sententia permanere (*Γ b f V c ζ Porph.*

97. § Sensus m. q. r. (*c*)] Consuetudo probat non paria esse peccata, quia aliter punimus furem, aliter homicidam. Sensus: aliter enim indignatur animus, cum audierit homicidium factum, aliter cum furtum (*Γ′ b V c ζ*

Moresque (*v*)] Iudicium, aestimatio hominum. Idest cum uenerimus ad ueritatem, hoc est ad iudicandum de peccatis, sensus et mores abnuunt paria esse peccata (*Γ′ b V*

§ ⟨Sensus moresque repugnant⟩] Quia aliter sentiunt homines ceteri quam Stoici in hoc, quod facilius diiudicatur furtum quam homicidium, quod Stoici nolunt (*Γ′ b f V c ζ*

98. § Atque ipsa utilitas iusti prope et qui (*leg.* mater et aequi) (*ζ*)] Ingeniose ait iustum et aequum ex utilitate descendere. Inter iustum autem et aequum haec differentia est: iustum est, quod ex lege descendit, aequum uero, quod ex natura, ut Maro (*Aen.* VII 203):

Haut uinclo nec legibus aequam (*Γ′ b V c ζ*

§ Atque ipsa utilitas (*v*)] Est enim utilitas uera iusti et uirtutis mater; altera est, quae uidetur pecuniaria. Illa ergo utilitas iusti mater repugnat praeceptis Stoicorum. Ostendere uult non esse iustitiam naturalem, sed natam esse ex utilitate (*Γ′ b V c ζ*

3 *sine lemmate etiam c ζ* dogma *r f c ζ Porph.*] doctrinā *γ* docma *b V* 4 ne *c ζ Porph.*] nec *cett.* 6 consuetudo — peccata] *per neglegentiam om. v* 8 animus indignatur *V* 14 quia — stoici] Cum uentum ad uerum est: ad extimationem *c ζ* 15 in hoc — nolunt *V c ζ*] *om. Γ′ b f* 20 desc:] procedere *c ζ* 23 haut *V*] aut *c ζ* haud *cett.* 24 enim *Γ′ V c ζ*] igitur *b* autem *v* 27 non esse iust: *Γ′ V ζ*] iust: non esse *b c*

99. *Cum prorepserunt (ν)] [Processerunt] docet, quomodo ex utilitate nata est iustitia (Γ′bcζ

*Animalia terris (ν)] Ypallage: prima animalia homines intellegendum (Γ′bcζ

104. § Absistere (ν)] [Secedere, separari.] Zeugma: coeperunt, posteaquam inuentae sunt leges (Γ′ Vcζ

107. § Nam fuit ante Hel. (ν)] Hoc eo pertinet, ut probet, quod supra dixerat, homines inter se ab initio, cum orti sunt, pugnam habuisse, sed primo ferino ritu, deinde ad arma paulatim processisse (Γ′bVcζ *ex Porph.*

108. *Ignotis p. m. i. (c)] Quia nemo de illis scripsit, ignorantur (Γ′bfcζ

109. *Incertam (νcζ)] Omnibus expositam, quia non habebant certas uxores (Γ′bcζ

111. Metu iniusti (ν)] Hic inutilis; idest necesse est inuentas esse leges propter metum incommoditatis (Γ′bV

§ Adhuc uult ostendere iustitiam non esse naturalem, sed inuentam propter utilitatem (Γ′ Vcζ

112. § Tempora si f. (νcζ)] Si antiquitatem uolueris retexere, in qua antiquitate leges nullae erant, inuenies iustitiam inuentam propter utilitatem, non propter naturam (Γ′bVcζ

113. [Natura enim praestat scire, quae sunt appetenda, quae etiam fugienda; sed ratio, quae plus ualet, discernit iustum ab iniusto (Vcζ]

§ Nec natura p. (ν)] Natura nouit, quid sit amarum, quid dulce, quid album, quid nigrum; quid iustum, quid iniustum, nescit. ⟨Nescit⟩ enim tollere cupiditatem habendi et dolorem amittendi, quae utraque non natura,

1 processerunt] *om.* cζ 5 secedere sep: *om.* Vcζ 6 coep: V] ceperunt ζ cep: *cett.* 8 supra rνVcζ] superius yb *om. Porph.* 15 idest] id V 18 ostendere uult cζ 20 f. νc] fastusque ζ 24 enim cζ] *om.* V 25 sed cζ] *om.* V 29 *alterum* nescit *add. K., om. codd.;* non potest *pro hoc scrib.* cζ (non enim potest tollere) enim tollere νbcζ] *tollere enim* yV tollerare enim r

sed uita nos docet, et neque iustum diligitur neque uituperatur iniustum (*Γ' b Vcζ*

§ Secernere (*ν*)] Natura enim bona ac fugienda operi suo adtribuit, sed iustum ab iniusto ratio secernit, quae ratio non optinet hoc, ut tantum peccet qui caules eripuit et qui sacrilegium fecerit (*Γ' b Vcζ*

Non ita per naturam, quid iustum sit aut iniustum, intellegere possumus, quomodo intellegitur, quid utile aut inutile sit, aut quantum distet malum a bono (*Γ' b V cons. Porph.*

114. § Diuidit ut bona diuersis (*cζ*)] Idest quomodo potest natura separare bona a malis, ita non potest separare iusta ab iniustis [sicut Stoici uoluerunt] (*Γ' b Vcζ*

Petendis] Licitis (*Γ' bf V*

115. § Nec uincit ratio (*νcζ*)] Nec potest probare hoc ratio, quod tantum is peccet, qui alienum hortum uexauerit et qui patrem occidit (*Γ' b Vcζ*

117. § Nocturnus (*νcζ*)] Pro 'noctu', ut alibi (*art. poet.* 268. 269):

Vos exemplaria Graeca
Nocturna uersate manu (*Γ' (γb ν) Vcζ*

§ Legerit (*νb*)] Furatus sit, ut poeta (*Verg. ecl.* 9, 21):

Vel quae sublegi tacitus;

unde et sacrilegi dicti (*Γ' b Vcζ cons. Porph.*

119. *Scutica (*ν*)] Loro, habena; Graece dixit (*Γ' bfcζ*

120. Scilicet cum exaequatis criminibus: nullum tam leue putes, quod ferula uindicandum sit (*Γ' b V*

3 operi *edit.*] opere *codd.* 4 adtribuit *γV cons. b*] attr: *cett.* 5 optinet *νVζ*] obtinet *Γbc* 6 et] quam *c* 9 difert bonum a malo *b opp. Porph.* 13 sicut — uol: *Vcζ om. cett.* 16 uincet *cζ*] uincit *ν* 18 uexauerit *γV*] uexarit *cζ* uiolauerit *r* ///uerat *b* uexdicerit *ν* et] quantum *ζ* quam c 26 gr: d: *rvf*] d: *gr: γ grece b*

120. § Nam ne ferula caedas eum, qui grauiora commisit, non uereor. Nam qui dicit omnia paria esse peccata, seuerus admodum est; seuerus autem leuia supplicia nescit inferre (*Γ′bVcζ*

⟨Ferula⟩] Deest 'cum' (*Γ′bV cons. gloss. z*

122. 123. § Non uereor, ne dignum maiore supplicio afficias leuiore, cum mineris pari supplicio omnia persequi peccata, si tibi datum fuerit imperium (*Γ′bVcζ*

123. *Falce recisurum (*c*)] Allegoricos: supplicio amputaturum (*Γ′bcζ*

124. § Ordo iste: siquis sapiens est, et diues est et sutor bonus et formosus et rex secundum Stoicam sectam. Ait ergo Horatius: si secundum te, o Stoice, sapiens haec omnia habet, cur ad correctionem morum regnum petis, quod te habere dixisti? (*Γ′bVcζ*

§ Dicunt Stoici sapientem diuitem esse, si mendicet, et nobilem esse, si seruus sit, et pulcherrimum, etiam si sit sordidissimus (*Γ′bVcζ*

126. § Cur optas (*νζ*)] Inconsiderate ait illum optare regnum, cum sapientem etiam, si sutor sit, regem esse dicunt (*Γ′bVcζ*

*Non nosti (*ν*)] Antipophora (*rν*

§ Chrysippus (*γνcζ*)] Restitutor Stoicae sectae et eruditus praeceptor. Huius etiam Cicero meminit. Nunc autem personam sibi contradicentis inducit, ut et Stoicos et reliquos inrideat (*Γ′bVcζ*

128. *Soleas (*c*)] Caligulas (*νc, c add.*: bene incisas *Galliculas (*Γ′bf*

1 *Hoc scholion ut initium scholii* 122. 123 *perperam ponunt et codices et editiones* ne] ut *cζ* 2 omnia] *om. cζ* 6 dignum] malignum *cζ* maiore *γνbV*] maiori *r om. cζ* 8 peccata persequi *cζ* 11 iste] iste est *cζ* 13 o] *om. cζ* 16 dicunt namque stoici *b* mendicat *codd.* mendicet *edit.* 18 sit sord:] sordidus sit *cζ* 19 optis *ν* 23 chrisippus *ν* crisippus *γc* cisippus *ζ* 24 nunc — inrideat] cons. *Porph.* 26 *reliquos] ceteros γ* inrideat *b*] obstupefaciat c obstupefaciam *ζ irr: cett.*

*Quo (*ν c ζ*)] Quomodo; hoc interrogatiue poeta (*Γ′ (r b f ν) c ζ*

129. Vt quamuis tacet (*ν*)] Redit ad principium; nam de cantoribus coeperat (*Γ′ b V*

130. § Vrbane satis Alfenum Varum Cremonensem deridet, qui abiecta ustrina (*leg.* sutrina *cum Porph.*), quam in municipio suo exercuerat, Romam uenit magistroque usus Sulpicio iurisconsulto ad tantam scientiam peruenit, ut et consulatum gereret et publico funere efferretur (*Γ′ b Vc ζ ex Porph.*

Alfenus, sutoris filius, qui ita iuris studio intendit, ut beneficio artis huius latum sumeret clauum et ad consularem consurgeret dignitatem. Sunt qui dicant (*ut Porph.*) hunc Cremonensem fuisse (*Γ′ b V*

133. § Sic rex (*ν*)] Vsque adeo non es rex, ut si ad uellendam barbam tuam uenerint pueri, non nisi baculo uindiceris (*Γ′ b Vc ζ cf. Porph.*

134. § Lasciui p. (*ν*)] Aut Epicur⟨e⟩os dicit, qui aiunt summum bonum in uoluptate positum, aut simpliciter lasciuos pueros dixit (*Γ′ b Vc ζ*

137. § Dum tu q. l. r. i. (*c*)] Per irrisionem dicit: dum tu, rex, quadrante lauatum ibis, quod rex non facit; et est sensus iste: quemadmodum non potes probare te regem esse, ita non potes probare paria esse peccata; nam qua ratione rex es, qui nummo dato lauas et uno comite pergis ad balneum? Mihi autem ignoscent amici mei, siquid peccauero, et ego illis. Per utramque ergo partem nititur Horatius probare neque regem esse Stoicum, neque paria esse delicta; dicendo namque 'dum tu pergis

5 aliter urbane *ν* 6 ustrina] tonstrina '*Acron manuscriptus regiae societatis' apud Bentleium* 7 quam *c ζ*] quod *cett.* 9 puplico *b* pubplico *r* 12 latum *ν b*] latam *Γ V* clauam *Γ″* clauem *V, absciss. b* 15 est *codd.* es *Porph. et edit.* 16 uenerint] ueniunt *c ζ* non] *om. c ζ* 18 aut ep; — aiunt] aut quia (*om. V*) epicuri dicunt *Vc ζ* dicit Horathal] *dicunt codd.* 21 dicit *Γ′ b c ζ*] dixit V 25 lauas] *lauas te c ζ lauat r* 28 probare] probate b om. *γ ζ*

lauatum nummo dato' probat non esse regem, dicendo etiam 'ignoscent mihi amici et ego illis' ostendit peccata non esse paria; nam si est peccatum dignum uenia, peccata paria esse non possunt (*Γ′ b V c ζ*

§ Idest dum tu contempnis omnia et dicis non esse ueniam dandam peccatis et dicis omnia peccata paria esse, ego, siquid peccauero, impetro ab illis ueniam et inuicem praesto (*Γ′ b V c ζ*

139. *Crispinus (*ν*)] Stoicus [fuit], qui Stoicam sectam scripsit uersibus (*Γ′ (r b f ν)*

142. Et priuatus magis ⟨beatus⟩ uiuam non paria tibi sentiens, quam tu rex cum tuo sensu (*Γ′ b V cons. Porph.*

SERM. 4

1. § Eupolis, Cratinus, Aristophanes, hii primi archeas comoedias scripserunt, in quibus ciuium uitia amaritudine stili secuerunt. Mire autem per haec origo satyrae ostenditur (*Γ′ b f V c ζ ex Porph.*

Eupolis Cratinusque contra Lucilium scripserunt. Dicit modo, unde nata sit satyra, simul qualis debeat esse satyra (*Γ′ b f V*

4. *⟨Sicarius⟩] Sica gladius est permodicus, quem solent ferre in manicis dolosi interficientes cum illis homines, ⟨a⟩quibus sicarii dicuntur (*γ f*

3 si est *γ ν b V*] si sicut *c ζ* sicut *r* 4 non] *om. c ζ* 9 fuit *ν*] *om. r b f* 11 beatus *add. K. conl. Porph.* 14 cratinus] atque cratinus *ν* hii *ζ*] in *V* hi *cett.* 15 ciuium *Γ′ b f V Porph.*] omnium *c* omnia *ζ* 16 o: s: per hoc ostenditur *c ζ* satyrae *ν f ζ Porph.*] satyre *b V c* satirae *Γ* 18 que *r b f*] q *ν* qui *γ V* 19 satyra *r ν b f V*] satira *γ* esse debeat *ν b̄ f debeat esse Γ V* 20 satyra *r ν b V*] satira *γ f* 22 cum *γ*] *om. f* *23* quibus sic: dicuntur *γ*] unde eciam ab eodem uocabulo sicarii uocantur gladiatores *f*

5. Multa cum libertate (*Γ′bV*)] Adeo ait, ut et nomen ostenderet (*Γ′bV*

6. Hinc omnis p. (*ν*)] Lucilius eos secutus est Graecos poetas, ipse poeta Romanus (*Γ′bV*

7. § Facetus (*νcζ*)] Habens peritiam risum mouendi et secandi homines uitiosos (*Γ′fVcζ*

8. § Emunct⟨a⟩e naris (*νc*)] [Tersae elegantiae (*cons. Porph.*) uel mundae.] Significat autem sapientem, quia e contrario muccosum stultum appellamus (*Γ′bVcζ*

9. *Hoc uitiosus (*ν*)] Vt asperos uersus componeret (*Γ′bcζ*

9. 10. § Vt magnum (*ν*)] Sicuti magnum; sed non est magnum multos uersus scribere, sed bonos, quamuis paucos (*Γ′bVcζ*

§ Putabat enim hoc esse maximum, si multos uersus momento fecisset (*Γ′bVζ cf. Porph. om. c*

11. § Lutulentus (*bcζ*)] Sordidus, cui contrarius luculentus, hoc est non liquida et pura copia (*Γ′Vcζ sim. b*

§ Quod tollere (*ν*)] [Quod sumere optares.] Etiam quando asperos faciebat uersus, erat, quod uelles imitari, hoc est: erat in asperis uersibus illius aliquid dignum imitatione (*Γ′bVcζ*

12. 13. § Scribendi f. l. s. r. (*c*)] Scribendi recte non ferebat laborem, nam scribendi quodcumque ferebat (*Γ′bVcζ*

13. § Sensus: nam in multum scribendo non diffiteor facilem fuisse (*Γ′(rbν)Vcζ*

1 ideo *codd.* adeo *edit.* 6 et — uit:] *om. f* 7 naris *c cons. ζ om. ν* tersae — mundae] *om. Vcζ* 10 comp: *Γ′b*] faceret *cζ* 12 sicuti m:] *om. c, non ζ* 15 esse m:] maximum esse *bV* maximum] magnum *r* 18 liquidae et purae copiae *b* liquida et pura conscientia *cζ* 20 quod — optares *om. bVcζ* 25 scribendi quodcumque (quocunque c quomodo cunque *ζ*) ferebat *Γ′bVcζ* scribebat quo cumque *ferebatur Pauly* scribere laborabat quocumque ferebatur *Hauthal*

*Ni[hi]l moror (*ν*)] Non recuso, Virgilius (*Aen.* X 400):

Nec dona moror (*Γ′b*

14. § Ecce Crispinus (*ν*)] Huius Crispini etiam in superioribus meminit (*serm.* I 1, 120. 121):

Ne me Crispini scrinia lippi
Compilasse putes.

Hic similiter ut Lucilius multos, sed malos uersus faciebat. Minimo autem digito solent prouocare, qui uolunt ostendere plus esse uirium in suo minimo, quam alterius toto corpore (*Γ′bfVcζ cons. Porph.*

〈Minimo〉] Quasi nihilum (*leg.* nihilo), quasi eum, quem facile poterat superare (*Γ′bfV*

Minimo prouocare dicuntur hii, qui in sponsione plus ipsi promittunt, quam exigant ab aduersario (*Γ′bfV*

19. § At tu conclusos hircinis follibus (*c*) auras (*ν*)] Tu uero, Crispine, multa cogitando imitare hircinos folles. Hircinis follibus comparauit pectus Crispini et auris festinantibus eiusdem ineptas cogitationes (*Γ′bVcζ*

20. § Per hoc ostendit Crispinum inflate scribere et turgide; unde Persius (5, 10):

Tu neque anhelanti coquitur dum massa camino

(*Γ′bfVcζ ex Porph.*

21. § 'Beatus Fannius' est poeta, cui ultro delatae sunt capsae, ut suos libros mitteret et in auctoritatem reciperetur. Fannium quendam non satis bonum poetam

10 alterius toto corpore *γνV*] in alt: toto corpore *cζ* in alt: corpore toto *r* alterius in toto corpore *bf* 14 hii *γV*] hi *cett.* 15 exigunt *bf* 16 auras — follibus] *om. ζ propter homoeoteleuton* 17 o crispine *ν* hircinos *c*] hyrcinos *γνV* yrcinos *r*, *b abscisum* 20 inflate] inflatu *V* inflatum *cζ* *22 anelanti cζ* 26 Fannium — senatus] Dicit autem 〈*fannium q*〉*uendam* non satis bonum poetam quem 〈*recepit i*〉*n auctoritatem senatus b*

recepit in auctoritatem senatus. Fannius iste malus poeta fuit, qui, dum ante contempsisset datam sibi imaginem a senatu, postea, dum moreretur, petiit, ut, delatis in publicum capsis suis, cum libris propriis incenderetur. [Item aliter de Fannio: hic Fannius loquacissimus poeta fuit, cui senatus audiendi fastidio ultro imaginem et capsas dedit.] Item aliter: Fannius Quadratus eo tempore satyram scribebat et erat sine liberis. Huius imagines et libros heredipetae in publicas bibliothecas referebant, nullo merito dictionis (*Γ′bVcζ*

22. *Delatis c. (*ν*)] Ad bibliothecam (*Γ′bf*

Et imagine (*ν*)] Quia is, qui fuisset in auctoritatem receptus, eius imago ponebatur quasi opinatissimi poetae (*Γ′bV*

23. *Vulgo recitare timentis (*ζ*)] Qui enim secat mores aliorum, in publico non recitat (*Γ′fcζ*

24. § Quod sunt q. g. h. m. i. (*c*)] Quia sunt quidam digni culpa, quos hoc genus carminis minime delectat (*Γ′bVcζ*

§ Ordo: ideo mea nemo legit, quod sunt, quos genus hoc non iuuat; quare non iuuat? quasi dignos culpari (*Γ′bVcζ*

25. § Quemuis m. e. t. (*c*)] De medio populo, de eo [populo], qui est ante conspectum, producito (*Γ′bVcζ*

28. § Albius aere (*ν*)] Idest Corinthio (*cons. Porph.*), ac per hoc statuis, non pecunia; nam supra argenti cupidos dixit (*Γ′bVcζ*

29. *Hic mutat m. (*νζ*)] Maronis illud (*ecl.* 4, 38. 39):

Nec nautica pinus
Mutabit merces (*Γ′bcζ*

1 recepit *νbc*] recipit *ΓV* recoeperit *ζ* 4 cum *bcζ*] *om. cett.* item — dedit] *om. cζ* item] *om. ν* 5 fanio *γV* fanius *V* 7 faunius *νV* quadratus *rνbV*] quadrato *γ et ν pr.*? quadratam *cζ Hauthal* 10 dictionis] doctoris *cζ* scriptoris *Cruquius* auctoris *Pauly* 17 Qui *cζ* 20 mea *scripta V* 21 quare non iuuat] *sil. om. Pauly* 23 de eo] *eo cζ* 24 populo *Γb V om. νcζ*

30. § Vespertina t. r. (*c*)] Tepere dixit occidentalem plagam ad comparationem orientalis [plagae], quia ibi sol acrius feruet (*Γ′ b V c ζ*

32. § Aut ampliet (*ν*)] Qui propterea se periculis committit, ut aut nihil decedat de summa patrimonii sui aut certe ut augeatur (*Γ′ b V c ζ*

33. *Omnes hi m. (*ν*)] Qui sunt uitiosi, qui his malis sunt dediti (*Γ′ b sim. c ζ*

34. § Foenum habet (*νc*)] [Et] sic locuntur inter se, qui sunt uitiosi: fuge istum poetam satyricum, qui foenum habet in cornu. *Μεταφορικῶς* autem dixit, quia, quando feriunt boues, horum in cornibus ligatur foenum (*Γ′ b f V c ζ cons. Porph.*

36. 37. § Non quod Horatius multis recitet, sed quod hoc uidetur consciis peccatorum (*Γ′ b V c ζ*

37. *Redeuntis (*γν*)] Redeuntes seruos a pistrino siue a nimpha (*Γ′ b f*

38. *Age dum pauca accipe contra (*c*)] [Idest] audi tu, qui uituperas poetas satyricos (*Γ′ b c ζ*

39. § Primum ego (*cζ*)] Primum ego eximo me de numero eorum, quibus do hoc nomen (*ex Porph.*) 'poetas', idest non me dico esse poetam; neque enim qui scit uersum facere, poeta est (*Γ′ b V c ζ*

46. 47. [Quod acer spiritus ac uis nec uerbis nec rebus inest (*ζ*)] Eo quod elata uerba in com⟨o⟩edia esse

1 tepere *c*] tepet *Γ′ b V* tempore *ζ* 2 plagae *Γ* plage *ν V om. b c ζ* 4 qui] *om. c ζ* 7 qui — dediti] qui huiusmodi uitiis dediti sunt *c ζ* 9 fenum *c* et *om. c ζ* idest *f* locuntur *Γ′ c*] loquuntur *f V* loquitur *ζ*, *absciss. b* inter] intra *c* 10 satyricum *b V c ζ*] satiricum *cett.* 11 ΜΗΤΑ-ΦΩΡΙΚΩC *V* metaphoricos *r b f c ζ* metaforicos *γ ν* 12 horum in cornibus *Γ′ b f V*] in cornibus eis *c ζ* 14 *Hoc schol. perperam ad u.* 39 *ponunt edit.* 15 consciis *r ν V c ζ*] conscius *γ b edit. perperam* 17 nimpha *Γ′ b*] aliphā *f* (*ortum ex* 'a limpha'; *Petschenig uoluit* a lympha, *sed cf.* 'Nympharium' *18 idest om. ν b c ζ* 19 uituperas] reprehendis *c* reprehendit *ζ* *sat: poetas c ζ* satyricos *r ν c ζ*] syricos *b* satiricos *γ* 28 est *poeta c ζ* poeta] ilico poeta *r* 25 eo quod *c ζ*] om. *V*

⟨non⟩ debent, sed quae (quia?) haec non habet, dubitatur, utrum com⟨o⟩edia (*leg.* prosa *uel* sermo) sit an poema (*Vcζ*

47. ⟨Nisi quod⟩] Nisi quod solo metro differt comoedia a prosa oratione (*Γ′bV cons. Porph.*

48. § At pater ardens (*ν*)] Dixit superius: multi dubitant, utrum fabula, utrum poema dicitur comoedia, quia in ea non sunt ueraciora uerba neque sensus elati; qui autem uult uideri poema esse comoediam, dicit acrem inesse spiritum, siquidem patrem ostendit in luxuriosum filium saeuire uehementer (*Γ′bVcζ*

⟨At⟩] Sed forte hoc dicatur (*Γ′bV*

51. *Ordo: [et] quod ambulet cum facibus, quod magnum est dedecus (*Γ′bcζ ex Porph.*

51. 52. § Ante noctem (*νcζ*)] Pro 'per noctem' aut ['ante noctem'] 'ante tempus noctis', quia caeci sunt amatores, qui utuntur facibus eo tempore, quo non est utendum (*Γ′bVcζ*

52. § Numquid Pomponius (*ν*)] Verba sunt eius, qui destruit comoediam uideri poema; idest si uiueret pater, num leuiora uerba possit luxuriosus audire Pomponius, quam quae audit filius a patre comico? (*Γ′(rbν)Vcζ*

⟨Istis⟩] Verbis, quae audit adulescens comicus (*Γ′V*

53. Illud uult intellegi, quod etiam sine comoedia sic increpantur a patribus luxuriosi (*Γ′bV*

1 haec *V*] hoc *cζ* 2 utrum] an *cζ* 6 multi dubitant — dicitur] dubitatur utrum poema dicatur *cζ* 7 utrum poema] an poema *γ* 8 u: u:] uerba uerba *c* uerba uera *ζ* ueraciora *K.*] ueratiora *r* ueria *γV* uera *νbζ* uerba *c* seria *Hauthal* 11 (saeuire *recte in b*) 13 et] *om. cζ Porph.* 15 ante *om. ν* 16 ante noctem] *om. γcζ* 20 qui *bcζ*] *om. rνV* destruit *recte codd. nisi quod* destruūt *ζ*] dicit *edit.* uideri *rbνV*] non esse *cζ* 21 posset *b*] possit *rν om. Vcζ* *luxuriosus* audire *rν*] audire luxuriosus b luxuriosus *audite V luxuriosus* audiret *cζ* 22 quam quae] ||| que b *quae rVζ que νc* a comico patre c amico patre ζ

54. § Non satis (*νcζ*)] Idest non sufficiunt pura uerba ad appellandum poetam metro conclusa; debet enim poeta et grauia uerba et composita cum sensibus elatis habere (*Γ′bVcζ*

*Puris (*cζ*)] Sine figuris, sine magno sono (*Γbcζ*

56. § Personatus (*νcζ*)] Personam comicam gerens, de comoedia, qui personam patris accipit (*Γ′bVcζ*

'His ego quae nunc' subaudi 'scribo uersibus aut uerbis' et his, quae olim scripsit Lucilius, si temporum mutationem et uerborum tuleris et figuras et conuerteris ordinem conpositionis, inuenies prosam orationem (*Γ′bV*

57. § Eripias si (*cζ*)] Ordo: si eripias his. Sensus hic est: si ordinationem metricam mutes in opere Lucilii uel meo, non eandem grauitatem inuenies, quam in Ennii uersu soluto (*Γ′bVcζ*

Cuius est (*Enn. ann. fragm.* 270 *V.*):

Postquam Discordia tetra
Belli ferratos postes portasque refregit

(*Γ′bV cons. Porph.*

58. § 'Tempora' dixit moras syllabarum et correptiones (*Γ′(rbv)Vcζ*

60. § Non ut si soluas (*v*)] Idest non ita inuenias, quemadmodum si soluas uersus Ennii aut Pacuuii, qui etiam soluti altitudinem et tumorem poematis optinent (*Γ′bVcζ*

Sensus: si meis et Lucilii scriptis ordinem dissipes

2 conclusa — habere] *om.* ζ enim] *om. b* 5 sine m:] et m: *cζ* 7 de comoedia *om. b*, de *om. r* 8 His — nunc *v*] *om. cett.* 9 scripsit *b*] scripserunt *Γ′V* 11 conposicio /// *b* compos: *cett.* 13 ordo — his] *om. V* 14 ordinationem *Γ′bVζ] orationem c Pauly* 18 postquam — tetra *v*] *om. ΓbV taetra Porph.* 24 pacubii *ΓV* 25 optinent poematis *poematis obtinent bcζ* poematis optinent *rvV* 27 lucili V

metri, in uerbis non inuenies poetae spiritum, ut in Ennii uersibus etiam solutis poetae pondus apparet (*Γ′bV*

§ [Ergo] ordo [est]: non [ita] inuenias [ut Ennii uersus si soluas] (*Γ′bVcζ*

〈Postquam discordia tetra〉] Et hic et sequens Ennii est (*ΓbV*

63. § Hactenus haec (*νcζ*)] Hucusque dixerim, utrum satyra uel comoedia dicenda sit poema (*Γ′Vcζ*

§ 'Alias' 'alio tempore', 'alio in loco', ut Terentius (*Andr.* III 2, 49):

Quid alias malim quam hodie has fieri nuptias?

non 'alio modo', ut quidam dicunt (*Γ′bVcζ*

64. *Nunc illud quaeram (ζ)] [Deest audire.] Nunc dicam, utrum iure oderis hoc poema, utrum iure metuas (*Γ′cζ*

65. 66. § Sulcius acer a. e. C. (ζ)] Sulcius et Caprius nomina fuere delatorum. Alii actores uolunt fuisse causarum; inde et rauci traduntur assiduitate agendi (*Γ′(rbν)Vcζ cf. Porph.*

69. § Vt tu sis (*νcζ*)] Si tu uis similis esse male uiuentibus, cur ego non per carmen istud uideor similis esse accusatoribus? et est subaudiendum 'similis' (*Γ′bVcζ*

*Celius et Birrius perditi adulescentes fuerunt hoc tempore (*Γ′bcζ*

1 spiritum *Hauthal*] spem *Γ′bV* 3 ergo *om. cζ* est *νb om. ΓVcζ* ita *om. cζ* inuenias *cζ Hor.*] inuenies *cett. Porph.* ut — soluas] *om. cζ* 4 si soluas] *om. V* 7 haec *νζ*] hec *c* 8 satyra *rbVcζ*] satyram *ν* satira *γ* uel — poema] et comedia (comedia *ζ*) poema sint an non *cζ* uel com:] idest (*natum ex* t *uel* ut) comedia *V* dicendum *b* 11 quid alias malim] quando alias *cζ* 12 non — dicunt] *om. b* 13 deest audire] *om. ν* 14 iure oderis *Γ′* oderis *cζ* 17 caprius *bcζ*] capreus *rνV* fuere *rV*] fuerunt *νbcζ* 18 et] *etiam cζ* 20 tu] *om. ν* 22 sub: similis] sublimis *inuectio c similis inuentio ζ* subtilis inuectio Baxter sub *Γ′V s. b*

71. § Nulla taberna m. (*νc*)] Negat se libellos suos edere bibliopolis, ne inperitam turbam incidant, qualis est Hermogenes Tigellius.

Hoc ita posuit, quoniam bibliopolae stationes uel armaria circa pilas uel columnas habebant, ac per hoc ostendit se non temere cuiquam libellos suos edere nisi certis et electis personis (*Γ' b V cζ*

*Plerumque in pilis uel in columnis epigrammata scribebant poetae uel bibliopolis tradebant (*Γ' b cζ*

74. Non ubiuis (*ν*)] Idest neque semper neque aperte neque extra amicos recito (*Γ' b f V*

§ In medio qui script. (*ν*)] Hoc sic pronuntiandum, quasi quilibet dicat contempnens Horatium: ideo tu secrete recitas, quia multi digniores te sunt, qui in medio foro recitant. Deinde consentit Horatius et addit: non mirandum hoc, nam multos esse, qui et in balneis recitent, et addit causam per ironiam, quia in balneis melius uox resonet (*Γ' b V cζ cf. Porph.*

78. 79. § Et hoc studio prauus (*ν*)] Subiectio [est]. Sed forte dicis: quoniam satyram scribis, o Horati, quae notat homines, ideo clam recitas (*Γ' b V cζ*

79. *Vnde petitum (*ν*)] Aut unde didicisti hoc, aut unde scis, quid sit prauum? (*Γ' gloss. V*

2 inper: *γ V*] imper: *r ν c, b absciss.* inter picturam *ζ* 4 quoniam] quod *cζ* uel *Γ' b cζ*] idest *V* 6 cuiquam] quuiquam *V* 7 certis et electis] nobilissimis *cζ* certis et iẽctis *V* certis et eiectis *r* 12 hoc — qui et] *om. ζ* 13 quasi quil: dicat] est quasi dicat quilibet *c* cont: — multi] *om. ζ* 14 recitas] scribis *b* digniores] non indigniores *c* 15 deinde — hoc] *om. c* 16 esse] dicunt esse *c* in balneis] eis *ζ* recitent] recitant *c, defic. ζ* 17 et addit] ideoque clamamus (dannamus *ζ*) *cζ, lacuna in V* hanc causam *cζ, lacuna ante* c: *in V* hironiam *r c* hyroniam *γ V* hyreniam *ν* yroniam *ζ* yronia *b* 18 resonet] sonet *cζ* 19 *lemma in cζ*: Ledere *gaudes subiectio*] obiectio *ν* est *cζ* om. cett. 20 *quoniam] quomodo cζ* satyram *r ν b V cζ*] satiram *γ* quae — *recitas] om. cζ*

80. *Est auctor quis (*ν*)] Ordo est: denique quis eorum auctor est? (*Γ c ζ*

§ Idest quis eorum delator est, cum quibus conuiuatus sum? ⟨Quibus⟩ ergo coniecturis colligis crimine hoc me dignum esse? (*Γ b V c ζ*

Idest quis est de his, cum quibus uixi, qui dicere potest, quod malus sum et ideo gaudeo laedere? (*Γ b V*

82. § Qui non defendit (*ν*)] Sunt enim quidam, qui, dum uolunt se urbanos haberi, quasi per facetias lacerent, sicut superius (*u.* 34. 35):

Dummodo risum
Excutiat sibi, non hic cuiquam parcit amico

(*Γ b V c ζ*

83. Dicacis (*ν*)] Faceti, iocosi. Dicaces sunt, qui risum mouent maledicendo, qui habent ioca mordacia (*Γ b V*

85. Hic niger est (*ν*)] Malignus et liuidus, siue obscurus et latens. Sic nigrum ait malum ac uenenatum, ut (*Verg. Aen.* IIII 514):

Nigri cum lacte ueneni (*Γ b V cons. Porph.*

*Niger (*c ζ*)] Maledicus (*Γ c ζ*

*Hunc tu debes, Romane, metuere, non me (*Γ b f c ζ*

86. § Quaternos (*ν c ζ*)] Idest duodecim in triclinio. Nam inde et triclinium dictum, a tribus lectis (*Γ b V c ζ*

87. § Quauis (*ν V c*)] Quo modo uis, [uel] qua ratione uis, ut poeta (*Verg. Aen.* I 676):

Qua facere id possis, nostram accipe mentem

(*Γ b V c ζ*

1 est *om. r c ζ* denique — est] quis denique eorum est auctor *c om. ζ* 3 quis *γ c*] qui *r ν b V* quib, *ζ ut uid.* 4 quibus] *add. edit. om. codd.* 8 *lemma* om. c ζ 9 per — parcit] *om. ζ* 12 hic *ν c*] *om. Γ V, b absciss.* 15 maledicendi *codd. maledicendo edit.* 21 hunc tu debes] huius actus debes *c ζ* 24 uel *c ζ om. cett.*

88. *Aspergere (*νcζ*)] Notare sermonibus uel ueneno (*Γ′bcζ*

89. *Cum uerax (*ν*)] Mire 'uerax', nam ideo 'Liber' (*Γ′bf*

91. Infesto nigris (*ν*)] Tibi, qui infestus es nigris, idest malis hominibus, hic uidetur urbanus et comis (*Γ′bV cons. Porph.*

91—92. § Ego si risi, quod ineptus p. R. ⟨o.⟩ G. h. (*cζ*)] [Responsio] idest saepe in conuiuio uides aliquem de omnibus male loquentem, excepto eo, qui pascit, et delectaris: ego si merito aliquem uituperauero, reprehendis? (*Γ′bVcζ*

93. Siqu⟨a⟩e (*ν*)] Pro siqua, ut alibi (*carm.* III 14, 19. 20):

> Spartacum siqua potuit uagantem
> Fallere testa (*Γ′bV*

94. § Petill⟨i⟩us cum Capitolio praeesset, coronam rapuit. Est autem genitiuus 'de furtis Petilli Capitolini'. Nam ex crimine Capitolinus Petillius dicebatur. Hic de expoliatione Capitolii accusatus, dubium, utrum gratia iudicum sit absolutus, tamen Capitolinus uocatur (*Γ′bfVcζ*

Petillius dum Capitolii curam gereret, coronae sublatae causam dixit et ab Augusto absolutus est (*Γ′bfV ex Porph.*

Fingit se loqui cum quodam, qui amicus sit Petilli amici Caesaris, qui accusatus, quod coronam Iouis Capitolini rapuisset, absolutus est (*Γ′bfV*

99. Iudicium illud (*ν*)] Haec cum dixeris, grauissimo eum condempnas iudicio (*Γ′bfV*

5 es infestus *γ* 6 idest] uel *b* malis] malignis *Porph.* 8 quod — h.] *om. c* 9 responsio] *om. cζ* (saepe *ζ*) 10 eo] *om. cζ* 17 petillus *cζ om. cett.* in capitolio esset *cζ* 18 petilli] *om. bf* capitolini (capitollini *c*) petilli *cζ* 19 petillus *rfcζ* 21 uocatur] uocabatur *c dicebatur ζ* 28 hoc *b* 29 condemnas *r*

100. *Sucus (*νcζ*)] Virus, liuor (*Γ′fcζ*

*Lolliginis (*ν*)] Genus piscis maritimi sucum atramento similem habens (*Γ′bf*

*Lolligo genus piscis est, quo atramentum fit (*cζ*

101. § Quod uitium (*ζ*)] Idest hanc malitiam, qua solent homines etiam amicos suos persequi, amouebo a meis atque animo (*Γ′bfVcζ*

102. § Ordo: prius promitto ut si aliquid de me possum promittere; idest siquid est, quod de me uere promitto, et hoc uere polliceor, afuturam esse maligniorem, quae etiam amicis noceat (*Γ′bfVcζ*

105. § Insueuit (*ν*)] Idest insueuit me pater ad uere loquendum monstrando uitiorum singula, ut effugerem *′bfVcζ*

106. Vt fugerem uitiorum quaeque, dum ea exemplis uito (*Γ′V*

107. 108. § Atque uiuerem (*ν*)] Idest quando me monebat pater ad rectam uitam, exemplis me docebat et proferebat hominum et uirtutes et uitia (*Γ′bfVcζ*

109. § Nonne uides (*cζ*)] Mira urbanitate, dum quasi ostendit, quomodo se pater suus monere solitus fuerat, interea multos percutit (*Γ′bfVcζ*

115. § Sapiens uitatu (*ν*)] Dicebat: philosophus te docere poterit melius, quae sunt uitanda siue appetenda; ego autem te docui ea, quae sunt in usibus constituta *′bfVcζ*

§ A philosopho, inquit, postea cognosces, quid iustum aut iniustum sit, quidue appetas uel uites. Quid autem sit intellegendum, ut sit: quid uitatu, quid petitu (*Γ′bfVcζ*

1 succus *ζ* 2 marini *b* 4 loligo *ζ* quo] a quo *it.* 5 idest] *om. cζ* hanc *νfcζ*] in hanc *ΓV, b absciss.* ordo *Γ′bfcζ*] *om. V* 9 promittere possum *cζ* 10 promitto] promittere *cζ* 11 noceat] nocet *Vc* nocent *ζ* 12 idest libere] *om. V* idest] *om. cζ* 13 et monstrando (monrando) *cζ* ut] *om. cζ* 21 se] *om. V, non cett.* suus monere] suis monere *V* suis monitis monere *cζ et edit.* dicebat] dicebat mihi pater item dicebat *bfcζ* 29 uitatum quidue petitum *cζ*

118. *Custodis (*νcζ*)] Pedagogi (*Γ′bfcζ*

120. § Nabis (*ν*) sine cortice (*cζ*)] Metaphora a natatoribus [quia pueri sic discunt natare, idest uiues sine rectore] (*Γ′bfVcζ*

§ Natabis sine difficultate; sic enim discunt natare qui nesciunt, adiunctis uentri corticibus. Prouerbialiter posuit 'nabis sine cortice', hoc est sine alieno adminiculo (*cf. Porph.*) te reges (*Γ′bfVcζ*

123. § Obiciebat (*ν*)] [Exemplo proferebat.] Hoc est: unum de equestri ordine demonstrabat, quia ex equestri ordine iudices legebantur (*Γ′bfVcζ ex Porph.*

124. § Siue uetabat (*cζ*)] Aiebat: dubitas, utrum hoc sit bonum an malum, cum uideas in hac re illum nescio quem infamia laborare? (*Γ′bfVcζ*

126. § Auidos u. f. u. a. exanimat (*ζ*)] Bene comparauit infirmam aetatem aegris dicendo auidos et intemperantes. Item aliter: auidos et aegros dupliciter possumus accipere; nam et de auaro utrumque recte dicitur et de aegrotante et languido; [sed] si auarum accipis, sibi parcere praecipitur, idest largius uiuere admonetur, qui auarus est, morte uicini (*Γ′bfVcζ*

§ Quemadmodum aegrotantes uicinum funus absterret a cibi auiditate, ita saepe animos teneros a uitiis infamia reuocat aliena (*Γ′bfVcζ*

129. *Ex hoc ego sanus a. (*ν*)] Idest alienus sum ab his rebus, quae afferunt perniciem facientibus (*Γ′bcζ*

3 natatoribus] natoribus *Vcζ* quia—rectore] *om. bfcζ* 5 natabis] aliter natabis *ν* nabis sine cortice *cζ* sine difficultate] *om. b* discunt] discunt pueri *bf* 6 prouerbialiter autem posuit *cζ* adminiculo *rVcζ Porph.*] amminiculo *γνf*; *b euanuit* 9 exemplo pr: *om. V* exemplum *edit.* 14 de infamia *ζ* 18 accipere] intellegere *V* intelligere *cζ* 19 sed *om. cζ* 20 parcere persequitur *rc* parcere qui sequitur *γνbfV partem prosequitur ζ em. K* 21 qui] quia *γfcζ* morte *uicini Γ′bfV*] *morti* uicinus *cζ* 23 saepe ζ] sepe cett. *animos] amicos cζ* 26 pern: aff: *cζ* pernitiem *γζ*

130. *Mediocribus (*ν*)] Fortasse habeo uitia, sed talia, ut his ignoscas (*Γ′bfcζ*

131. *Et istinc (*ν*)] In alio 'istis' inuenitur, ut sit de mediocribus uitiis (*Γ′b*

132. *Liber a. (*ν*)] Qui potest me libere increpare (*Γ′(rbfν)cζ*

133. *Neque enim cum lectulus (*ν*)] Sensus: neque enim cum aut deambulo aut lectulo iaceo, cogitatione careo honestatis (*Γ′bfV* (*sed in margine additum a glossatore*)

137. § Imprudens (*ν*)] Aut ualde prudens, aut cogito, ne per inprudentiam aliquid tale committam (*Γ′bfVcζ*

138. § Compressis (*νcζ*)] Sermones duo sunt: *ἐνδιάθετος καὶ προφορικός*. Et est *ἐνδιάθετος*, quo utimur cogitantes, *προφορικός* uero, cui lingua subpeditat (*Γ′bfVcζ*

141. 142. § Auxilio qu⟨a⟩e s. m. (*ν*)] Dicendo, quia multa manus poetarum ad auxilium ueniet, ostendit sese bene scribere; neque enim omnes poetae mali sunt (*Γ′bfVcζ*

142. § Multo plures (*νcζ*)] Idest ualde multi; aut multo plures, quam putas, aut plures sumus, quam Iudaei, et possumus te cogere consentire nobis, ut non iudices malum esse scribendum (*Γ′bfVcζ*

5 qui] quia *cζ* 12 inprud: *Γbζ*] imprudentiam *νVc* imprudenciam *f* 16 suppeditat *rνVcζ* subpeditat *γ* suppetat *bf* 18 s. m.] m. s. *ν* dicendo — poetarum] *om. cζ* 19 et ost: *Vcζ* ost: *cett.* 23 aut plures — scribendum] *om. ζ* 24 iudices — scribendum] iudices esse scribere malum uicium *c* 25 malum *γfV*] male *rν*, *defic. b*

SERM. 5

1. Egressum m. (*ν*)] Iter suum ab urbe Roma usque ad Brundisium describit (*Γ′ b f V cons. Porph.*

**Περίοδος* dicitur iste locus (*Γ′ b f*

*Et egressus Roma dicimus et Romam egressus (*Γ′ b f gloss. V cons. cζ*

3. Gr⟨a⟩ecorum l. d. (*ν*)] Notandum, quod hanc particulam superlatiuo iunxit; nos enim dicimus longe doctior, quoniam nimietas admittitur, comparatio non admittitur. Possumus enim dicere 'longe doctior', non possumus dicere 'ualde doctior' et 'tam doctissimus' (*Γ′ b f V*

4. *Differtum (*νcζ*)] Plenum (*Γ′ b f cζ*

5. § Hoc iter (*νc*)] Idest ab urbe usque ad Appii Forum biduo uenimus, cum argutiores uno die solent uenire (*Γ′ b V cζ*

6. § Grauis est (*cζ*)] Appia uia non est molesta tardioribus, quia habitaculis frequentatur, ubi possunt manere, quocumque peruenerint (*Γ′ b f V cζ*

8. *Indico b. (*νc*)] Non illi do alimenta, idest quoniam aqua mala erat, non cenaui (*Γ′ b f cζ*

9. *Iam nox (*c*)] Aspergere umbris terras (*Γ b f cζ*

13. *Aes exigitur (*ν*)] Naulum datur (*Γ′ b f*

Mula enim iungenda erat, quae contra aquam nauigium traheret (*Γ′ b f V*

14. *Tota abit hora (*c*)] Maior pars noctis absumpta est (*Γ′ b f cζ*

*⟨Culices⟩] Tintinialas dicunt plebei (*Γ b*

*Ran⟨a⟩eque palustres (*ν*)] Quia ab Appii Foro per paludes nauigatur, quas paludes Caesar deriuauit ad mare (*Γ′ b f*

3 brundusium *r* 4 ΠΗΡΙΟΔΟC *r* peridiosus *ν* periodos *cett.* 5 Egressus roma et egressus romam dicimus *cζ* 13 forum appii *cζ* appi *γ* 14 soleant *cζ* 19 idest — cenaui] fame ieiunaui quia aqua mala erat *cζ* 21 terram *cζ* 27 tintinialas *b*] tintimalas *r ut uid.* cincinialas *γ*

16. *Vappa (*ν*)] Malo uino (*Γ′b*

§ 'Prolutus' plenus; ut Virgilius (*Aen.* I 739):

Pleno se proluit auro (*Γ′bf Vcζ*

Nauta autem in naui, uiator uero qui mulam ducebat (*Γ′bf V*

18. § Ordo: ac missae pastum mulae retinacula nauta saxo ligat (*Γ′f Vcζ*.

Nauta enim est, licet curam mulae habeat susceptam, quia in naui inseruat (*Γ′f V*

21. *Cerebrosus (*νcζ*)] Ὀξύχολος, iracundus (*Γ′fcζ*

22. *Ac mul⟨a⟩e (*cζ*)] Idest et mulae lumbos et nautae caput ferire coepit (*Γ′bfc*

24. *Ora manusque (*c*)] Ostendit ubi essent expositi (*Γ′bcζ*

§ Fanum Feroniae est in tertio miliario a Tarracina. Haec est Iouis Anxuris uxor, cuius et Virgilius meminit (*Aen.* VII 800):

Viridi gaudens Feronia luco.

Anxur autem Iuppiter Tarracinae colitur (*Γ′bf Vcζ*

25. *Repimus (*νc*)] Processimus (*Γ′cζ*

25. 26. § Atque subimus (*cζ*)] Idest ad Anxur uenimus ciuitatem, quae posita est super monte candente. Declinatur [autem] genere neutro: hoc Anxur (*Γbf Vcζ*

26. § Anxur (*ν*)] Tarracinam dicit; Anxur autem dictum, quia ibi inberbis Iuppiter colitur (*Γ′f Vcζ*

2 ut *γcζ*] *om. ν* et *rbf V* 6 nauta s:] nauitas exo *V* 7 ligat] religat *cζ* 8 nauta — curam] *om. V* 9 inseruat *K. conl. Stat. Theb.* X 886: inseruante nouerca, *uid. stud. Vindob.* 1901 *p.* 110] inseruit *Γ′f V* 10 οξάχολος *γ* OZAXOC *ν om. rfcζ* 11 *huius scholii textum et sequentis lemma om. ζ* 15 est *om. V* terracina *cζ* 19 terracine *cζ* 20 procedimus *cζ* 22 montem candentem *cζ* 23 declinatur *γbf*] declinatur autem *r* ac (hac *c*) declinatur *cζ* acclinatur *V* genere neutro *rf V* neutro genere *γbcζ* 24 dicit] dixit *ζ om. c* 25 inherbis *νf* inberbis *cett.*

27. 28. M⟨a⟩ecenas optimus atque Cocceius (*V*)] Cocceius Nerua proauus Neruae fuit, qui inperauit Romae (*Γ′bfV*

§ Cocceius Nerua, auus Neruae, qui postea inperauit, mandauit Augusto, ut mitteret, qui de summa rerum tractaret (*Γ′bfVcζ*

§ Ergo missus est M⟨a⟩ecenas cum Agrippa, qui utrumque exercitum in una castra coegerunt. Hoc Liuius libro CXXVII (*Γ′bfVcζ ex Porph.*

§ Intellegendum autem, quod Fonteio misso ab Antonio Augustus M⟨a⟩ecenatem et ceteros ad eundem locum miserit (*Γ′fVcζ*

28. § Missi magnis de rebus uterque (ζ)] De reconciliatione missi erant legati ab Augusto ad Antonium, qui postea bellum ciuile gesserunt (*Γ′bfVcζ*

*Iam tunc enim [Augustus et Antonius] dissentire c⟨o⟩eperant (*Γ′cζ*

29. § Auersos soliti componere amicos (*c cons. Vζ*)] Quoniam adhuc inter Augustum et Antonium reliquiae erant dissensionis (*Γ′bfVcζ*

32. § Fonteius (*c*)] Ad unguem facti homines dicuntur, qui sunt urbani, qui sunt eloquentes, qui sunt dicaces, qui non habent uitium (*Γ′fVcζ*

§ Translatio a marmoribus, quorum iuncturae explorantur unguibus (*cons. Porph.*). Persius (1, 64. 65):

Vt per leue seueros
Effundat iunctura ungues?

Virgilius (*georg.* II 277. 278):

In ungue
Marmoribus positis secto uia limite quadret
(*Γ′bfVcζ*

2 inperauit *γ*] imp: *cett.* 4 inper: *γb*] imper: *rvV cons. f* imperauit romae (rome) *cζ* 16 aug: et ant:] *om. cζ* cesar et antonius *r* 19 adhuc] *om. cζ* 24 explorantur unguibus *γ*] unguibus explorantur *cζ* explorantur ut *V* explorantur *cett.* 27 eff: — quadret] *defic. b* ungues] unguis *V pr.*

33. *Alter amicus (*ν*)] Vt non inueniretur, qui magis esset amicus Antonii (*Γ' b c ζ*

34. *Praetore (*ν*)] Praetorem pro magistratu dixit, hoc est duumuiro (*Γ' b c ζ*

*⟨Fundos⟩] [Fundus] nomen oppidi, quod numero plurali dixit tantum (*Γ' f c ζ*

35. Scrib⟨a⟩e (*ν*)] Qui ante scriba fuerat, aut pro magistratu (*Γ' (r f ν) V*

§ Aliter: quia de ⟨de⟩curia scribarum fuerat (*cons. Porph.*) et hoc pro praemio fuerat consecutus, ut magistratus esset (*Γ' (r f ν) V c ζ*

36. *Clauum (*ν*)] *Τὸν κολοβίωνα*, purpuram, quae in pectore extenditur senatorum (*Γ' b f c ζ*

37. In Mamurrarum (*ν*)] In Formias ciuitatem, quia Mamurrae quidam fratres dicebantur senatores, qui maximam partem Formianae ciuitatis possidebant; ideo dicebatur Mamurrana ciuitas (*Γ' b f V*

§ Mamurrarum, ut Lamiarum, familia fuit, quae a Formiis originem duxit (*Γ' b f V c ζ*

38. *Domum (*ν*)] Hospitium; idest mansimus apud Murenam, cenauimus apud Capitonem (*Γ' b c ζ Porph.*

§ Capitone c. (*c*)] Culina dicta est coquina, quod ibidem di Penates colantur. Aliter: culina idest cocina ab eo, quod culiat carbones (*Γ' b f V c ζ*

41. *Candidiores (*c*)] Pulchriores (*Γ' b c ζ*

45. *Villula (*ν*)] Quae est intra XVI lapidem a Capua (*Γ' b f ex Porph.*

46. § Et parochi (*ν c ζ*)] Parochi genus officii, solitum peregrinis sales et ligna praebere, et significat publicum cursum (*Γ' b f V c ζ*

3 praetorem *om. b ν* pretore *γ* 5 fundum *ζ* hi fundi *gloss. b* quod — tantum] *om. b* 7 *p*magistratus *V* 9 de decuria scribarum *Porph.*] de scribarum familia *ζ* de curia scribarum *cett.* 10 consequutus *f* 12 *τὸν κολ: om. c ζ idem inserunt* pretextam 18 ut] et *r c ζ* autem ut *b cons. f* 21 murenam] murrene uicum nam *c ζ* 22 quod] quia *c ζ* 23 di *V*] dii *cett.* cocina] coquina *ν c ζ* 29 salem c sal *ζ*

Parochi sunt, qui solent legatis causa rei publicae iter facientibus necessaria ministrare, publici muliones; *παρέχειν* est exhibere (*Γ′ b f V cons. Porph.*

47. § Clitellas (*ν c ζ*)] Sagmas siue sellas, alii instrumenta, quibus animalia sternuntur, alii uncinos ligneos, quibus onera inponuntur. Et notandum tempore pro tempori (*Γ′ b f V c ζ*

Alii dicunt, quod ligna sint, idest uncini, quae super animalia posita hinc inde onera sustentant (*Γ′ b f V*

49. § Crudis (*ν c ζ*)] Ad Virgilium retulit (*cons. Porph.*), qui difficile digerebat; dicebatur enim stomachum dolere Virgilius (*Γ′ b f V c ζ*

Aliter: crudis aut inperitis aut indigestis; nam qui stomachi dolorem patiuntur, tardius digerunt (*Γ′ b f V*

51. § Caudii (*c*)] Caudium ciuitas Samnii (*Γ′ b V c ζ*

§ Caudi cauponas (*Γ′ cons. V*)] Lucanus (II 138):

Vltra Caudinas sperauit uolnera furcas.

Non longe autem est a Beneuento (*Γ′ b V c ζ*

*Locus est, qui sic appellatur: 'ad tabernas Claudi'; alii oppidum uolunt, alii tabernas (*Γ′ b*

51. 53. § Nunc mihi paucis (*ν*) Musa uelim memores (*c*)] Quidam reprehendunt Horatium, quia de rixa dicturus petiuit auxilium Musae: stulte, nam oratorie hoc fecit. Quando autem de re leui dicturi sumus, attentum debemus facere auditorem propter leuitatem rei; uel etiam quia descripturus uiam suam non debuit praetermittere, quod in ea iucunde factum uidebatur, siue ludo poetico (*Γ′ b f V c ζ*

3 *παρέχειν edit.*] parexein *b* paraxein *γ V* parechein *r v f* 4 s: s: s:] sangitias stellas *ζ* sagmas *r b f V c*] saginas *γ v* 6 inpon: *γ b*] impon: *r v V c ζ* tempori] temperi *V* temporei *ζ* 8 uncinę *V* 13 inperitis *γ V*] imp: *r v b f* 16 lucanus] *om. b* 17 uolnera *Lucanus*] uulnera *γ c ζ* ponere *r b f v V* 18 *est] abest c ζ* 19 claudi] *sic hic Γ′ b, nullus* caudi 22 *quia] quod c ζ* 24 uili *b* 27 iuc:] *r v c* iocunde *γ b f V ζ* *siue c ζ edit.] sine Γ′ b f V*

53. Musa uelim (*νc*)] Eleganter quasi fantasia poetarum operis heroici, ut (*Verg. Aen.* VII 37):

Nunc age, qui reges, Erato,

et (*Aen.* VII 641):

Pandite nunc Elicona, deae,

et (*Aen.* XII 500):

Quis mihi nunc tot acerba deus? (*Γ′bfV*

54. §'Osci' Capuani, aut yronicos cuiusdam Osci ignobilis filius, unde obsceni figurate, ut (*Verg. Aen.* V 285):

Cressa genus, Pholoe,

et (*Aen.* VIII 114):

Qui genus? unde domo? (*Γ′bfVcζ*

Figurata locutio: Messi genus Osci sunt (*Γ′bfV ex Porph.*

*Campanus erat, quia Campania Oscia dicta est, sed 'nobilis Osci' irridens ait; sunt ⟨eni⟩m ore infames (*Γ′b gloss. V*

55. *Sarmenti domina (*ν*)] Hic libertum ostendit fuisse (*cf. Porph.*), licet postea decuriam acceperit (*Γ′b*

58. Caput et m. (*ν*)] Deridet illum, quia commouit caput, et ait: o si non esses mutilatus praesecto cornu de sinistra parte frontis, quid faceres? Quomodo minitaris ut taurus? (*Γ′bfV*

62. Campanum in morbum (*νVc*)] Aut oris foeditatem aut arrogantiam. Dicuntur enim Campani et foedi esse et arrogantes. Si foedi, accipimus *κατὰ τὸ αὐτό* (*Γ′bfV*

8 capuani] campani quia oscia (hostia ζ) campania dicta est *cζ* *yronicos hic omn. codd., nisi* quod hermonicos c, *in* ζ *lacuna* *16 sed — infames*] *om. c* 17 enim ore K.\ more *codd. mores Hauthal* ore *Porph.* 25 f: dicit bf

§ Aliter (*ut Porph.*): Campani, qui Osci dicebantur, ore inmundi habiti sunt, unde etiam obscenos dictos putant, quasi oscenos. An ideo dixit Campanum in morbum, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur? (Γ′bfVc *om.* ζ

64. *Aut tragicis (ν)] Quia longus erat (Γ′bf

65. 66. § Donasset iamne[c] catena⟨m⟩ (ζ)] Solebant pueri, postquam pueritiam excedebant, dis Laribus bullas suas consecrare (*cons. Porph.*), similiter et puellae pupas. Modo ergo ridens interrogat, si consecrasset catenam, qua fuerat ligatus quasi seruus (Γ′bfVcζ

§ Bullas nobiles senatores gestabant, quas adulti diis Penatibus consecrabant, hic, quia seruus, catenam (Γbf Vcζ

Hoc quasi in seruum conuitiose. Nam qui togam sumunt, solent bullam Laribus donare; et eleganter catenam ait, idest compedes, quasi seruus, quia pueri bullas donabant Laribus, puellae pupas (Γ′bf V

Catenam (ν)] Quasi simiam uoluit notare, ideo 'catenam'; aut quia seruus, aut quia breuis ut simia (Γ′bf V

66. *Scriba quod esset (ν)] Non quia scriba factus es, ideo amisisti conditionem seruilem (Γ′bcζ

67. *Domin⟨a⟩e ius (cζ)] Significat eum seruum fuisse (Γ′bfcζ

72. *⟨Arsit⟩] Frigit, assat (Γ′b

74. *Lambere (c)] Vt (*Verg. Aen.* II 684):

Lambere flamma comas (Γbfcζ

77. *Montes notos (ν)] Bene dixit notos; Apulus enim fuit siue Venusinus (Γ′bfcζ

1 aliter] *om.* bfc 3 an ideo] aut ideo ν aut uero c 8 dis γνV] diis rbfcζ 10 pupas rνVc] puppas γbfζ 13 hic] sic et hic cζ 15 conuiciose bfV 18 puppas γbf pupas *cett.* 22 factus es (est ζ) scriba cζ 23 condicionem b *24 significat] ostendit* cζ

78. § 'Torret' incendit, quia nimio calore flans penitus illam regionem exsiccat. Vnde et pestiferus dicitur esse, idest grauis. Atabulus autem nomen uenti, *ἀπὸ τοῦ τὴν ἄτην βάλλειν*. idest pestilentiam (*Γ′bfVcζ*

*⟨Atabulus⟩] Qui uulgo Atabus dicitur, uentus ferentissimus in Apulia (*Γb*

79. § Erepsemus (*ν*)] Transissemus pro erepsissemus (*leg.* Pro erepsissemus: transissemus) siue p⟨a⟩ene transissemus, et est figura detractio (*Γ′bfVcp*

§ Triuici (*Vc*)] Oppidi in fine Campaniae (*Porph.*), quo uehicula iuncta accedere nequeunt, ideoque Horatius ad uillam deuertit (*Γ′bfVcζ*

Aliter: hoc Triuicium prope Apuliam est (*Γ′bfV*

81. *Vdos (*νcζ*)] Vmidos, uirides (*Γ′bfcζ*

*Vrgente camino (*ν*)] Idest accepit nos cum summo fumo, quia ibi urebantur rami (*Γ′bfcζ*

83. *Somnus tamen aufert (*c*)] Illam expectationem; et habundat tamen (*Γ′bfcζ*

84. *Intentum u. (*c*)] Expectantem uenerem (*Γ′bfcζ*

87. § Quod uersu dicere non est (*νζ*)] Quia Equum Tuticum dicebatur oppidum et non poterat in uersu suo ponere huiusmodi nomen (*ex Porph.*), ac per hoc signis utitur, quibus indicet ipse, quod uellet. Ita autem 'dicere non est' ut dicimus: 'soluendum non est' (*Γ′bfVcζ*

2 pestiferus *Γ′fV*] pestifer *bcζ, cf. Celsus* II 6 3 idest *r*] et *cζ om. cett.* 4 *ἀπὸ τοῦ τὴν ἄτην*] ΑΠΟΤΟΤΗΝΑΤΗΝ *ΓV* ΔΠΟΤΟΓΕΝΑΤΗΝ *ν* apotontenaten *bf, lacuna in cζ* *βάλλειν*] *recte r* ΒΥΛΛΗΙΝ *γ* ΒΥΔΔΗΙΝ *V* ΒΟΛΛΗΜΙΝ *ν* bolasin *bf, lacuna in cζ* 5 atabus *γb*] atabulus *r* uentus — apulia] *om. b* feru: *r Porph.*] fortissimus *γ* 12 deuortit *V* 13 aliter] *om. γ* hoc triuicium *bf*] hoc triciuium *Γ* triciuium hoc *V* triciuium *ν* prope apuliam est] est prope apuliam *bf* 14 umidos *rbν* ⌜umidos *f* hum: *γcζ* uirides] *om. ζ* 15 summo *cζ*] *om. cett.* 18 et — tamen] *om. b* abundat *cζ* hab: *cett.* 20 uersu] *om. ζ* dicere] diĉ *ν om. ζ* ęquum *V, item Porph., sed uide Mommsen unterit. Dial. p.* 304 21 tuticum *ν*] tuticium *Γf* tucium *bV* tutium *c* tuum *ζ* 23 quibus — uellet] *om. cζ* 24 soluendum *γ*] soluendo *cett.* -ando *f*

*Hoc Vitusium dicitur (*gloss. codicis Hor.* μ̃ = *Montepessul.* 425

*Scilicet Euticinium (*gloss. codicis Hor. v = Paris.* 8213

88. *Venit (*v*)] Venditur, distrahitur (*Γ′b*

*Quia apud Equum Tuticum aquae est inopia (*Γ′bcζ*

89. Vltra] Post Equum tuticum (*Γ′bfV*

91. ⟨Canusi⟩] Oppidum Canusium, aduerbialiter Canusi (*Γ′bV*

§ Apud Canusium, oppidum Apuliae, lapidosus est panis. Hac de causa ab Equo Tuticio emitur panis; similiter et ibi aqua deest, ut in Equo Tuticio (*Γ′bfVcζ*

94. § Inde Rubos (*v*)] Nomen oppidi. Hinc putant dixisse Virgilium (*georg.* I 266):

Rubea texatur fiscina uirga (*Γ′bfVcζ*

96. *Postera tempestas (*bζ*)] Posterum tempus, postera dies, status caeli, hoc est: altero die serenum fuit caelum (*Γ′bcζ*

⟨Via peior⟩] Post pluuiam enim alio die iter est incommodum; nam pluuia nondum infusa terra tolerabilior est (*Γ′bfV*

97. § Bari moenia (*v*)] Ciuitas est, quae Atbaris dicitur hodieque, ut dixit grammaticus Theotistus (*Γ′bVcζ*

Aliter: ciuitas Apuliae, quae appellatur Barium (*Γ′bV*

98. *Lymphis iratis (*v*)] Quia eget aqua [uel quia habet salsam aquam aut amaram] (*Γ′bf cons. cζ*

5 in equo tutio *c* in eqututio *ζ* tuticum *v*] tuticium *b* tutium *r* tutitium *γ* 6 ultra *K.*] atV tuticum *f* tucium *rV* tutorum *v* tuticium *b* 7 opp: can: *Γ′b*] canusium oppidum *V* aduerbialiter canusi *Γ′bV*] canusi adu: *v* 9 *cf. fragmenta Bobiensia = gr. Lat. VII p. 543 Keil:* 'Canusium oppidum est Apuliae' 10 ab] de *cζ* equo *hic omn.* tuticio *bV* tutitio *γ* tucicio *f* tuttio *v* tutio *rcζ* 11 tuticio *bf*] tutitio *γv* tucio *V* tutio *rcζ* 12 n: o:] oppidum est italie *cζ* hinc putant d: u:] uirg. *cζ* 14 fiscina *c Verg.*] fascina *ζ om. cett.* 15 post: tempus] *om. b* 16 altero — caelum] serenitas *cζ* 21 *ciuitas est quae (que c) cζ*] barium nomen oppidi *quod b quae cett.* atbaris] ad baris *c* albaris *ζ* 24 *eget aqua] aquas* non habet *cζ* uel — amaram] om. *cζ*

§ Dedit r. q. i. (*c*)] Risimus, inquit, quod audiuimus apud Gnatiam in aris sine flamma tura consumi (*Γ′bfVcζ*

100. § Iudeus Apella (*ν*)] Finxit nomen, quasi sine pelle, aut certe Apella [circumcisus Apella], qui praeputium non habet (*Γ′bfVcζ cons. Porph.*

101. *Nam Epicur⟨e⟩us erat; ideo dixit deos non curare mortalia (*Γbfcζ*

*Lucretius de deo (I 61):

Nec bene promeritis capitur nec tangitur ira (*Γbf*

§ Dogma Epicureorum. Vt poeta (*Verg. ecl.* 8, 35):

Nec curare deum credis mortalia quemquam

(*Γ′bfVcζ*

103. *Tristes (*cζ*)] Sollicitos (*Γbfcζ*

*Ex alto tecto (*ν*)] Plautus in Amphitrione (III 1, 3):

In superiore qui habito cenaculo;

sunt autem uerba Iouis (*Γ′bf*

104. *Finis chartaeque u. est (*ν*)] Idest et carminis mei et finem uiae fecit Brundisium (*Γ′b cf. Porph.*

SERM. 6

1. § Non quia M⟨a⟩ecenas L. q. E. (*ν*)] Vt (*carm.* I 1, 1):

2 adloquitur *v ut uid.*] alloquitur *cett.* uinium *γ*] uinnium *cett.* 4 uinium *γ*] uinnium *cett.* 8 sedulo *γ*] sedulus *r v b E* 10 figura *v V*] figuram *r b* figurat *γ E* uinium *γ*] in eum *r b* inmeum *v* mineū *E V* 13 g. uinnius *r*] guinnius *b* grunnius *v V* uinnius *γ f E* epta *V* ępta *v om. Γ′ b f E* 14 asinae *γ*] asina *cett.* ergo] *om. V* 19 lutosas lamasque *V* 23 (aput *v*) titinium *r v V*\ titinnium *γ f* titinum *b* 24 *glomus Γ*] glomos *v b f V* 26 pyrria autem\ om. ſ *pirria γ V*

15. Vt cum pilleolo (*b*)] Haec apud antiquos consuetudo ueteranorum erat (*Γ'bfV*

Sensus: neue sic suffarcinatus eas, quemadmodum unus de tribu, qui ad cenam uadens ipse sibi soleas fert cum pilleo. Et incertum est, quem notet (*Γ'bfV*

19. *Hic uersus non stat nisi sola auctoritate (*Γ'bf*

*Caue secundum antiques, qui cauo, cauis dicebant (*gloss. α*

EPIST. 14

1. Castigat uilicum suum, quod illi ager sordeat, quem quinque aliquando possederint senatores (*Γ'bfV*

2. Habitatum ⟨quinque focis⟩ (*V*)] Hoc est quinque dominis aut domibus (*Γαbf*

3. Varia oppidum in Sabinis olim, nunc uicus imminens Anieni (*Γ'αbfEV*

Sensus est: uideamus utrum tu agrum an ego animum melius colam. Ad octauum lapidem ultra Tibur, uia Valeria. Va[le]rienses ergo senatores agellum suum possedisse significat (*Γ'αbfV*

*Hic Lamia, quem in carminibus alloquitur (*carm.* III 17, 1):

Aeli uetusto nobilis ab Lamo;

qui fuit Formianus et omnes fere Lamiae (*Γ'αbf*

14. *Mediastinus, hoc est: in ciuitate et in media urbe uiuens; asty enim dicitur ciuitas. Vnde et Terentius (*eun.* V 5, 17):

An in astu uenit?

1 ueteranorum erat apud antiquos *vV* 3 quemadm:] sicut *V* 10 uilicum *v*] uillicum *cett., b absc.* 12 *textum scholii om. V* 14 uaria *bfEV*] *om.* Γ'α imminens uicus *vV* *16 est] om. γ, b absc.* 20 hic] hic ē α 23 qui — lamiae] *om. α* *25 et] om. vE*

Ergo sic intellegendum, non ut quidam (*uid. Porph.*) quasi ministrum obsequii et officii intellegunt balnearum (Γ′ α b f E

19. *T[h]esqua (V)] Loca deserta et difficilia lingua Sabinorum sic dicuntur, inde deserta et completa sentibus sic nominarunt (Γ′ α b f E V

23. ⟨Feret] Pro fert:⟩ semper enim habundat (Γ′ (γ ν b) f V

Sensus est: odisti rus, quod male colis; nam citius te uilico piper, quod in Italia non nascitur, feret, quam uinum, quod habundare consueuit. Nam per uuam uinum intellegendum (Γ′ α b f V

26. *Satis iucunde de inepto et pingui; iucunde 'ad strepitum', non cantum, ut auidum meretricis exprimeret (Γ′ α b f

29. *Si riuus neglegenter fuerit ante munitus, ideo 'pigro' tantum 'addit opus' (Γ α b f

40. *⟨Diaria⟩] Aliter cibaria (Γ′ (γ α ν) b f E

Diaria sunt certa stipendia cottidiana, quae et salaria (Γ′ α f ε V

Victus scilicet cottidianus, qui mensuratim seruis attribuitur, et est sensus: mauis, inquit, rodere in urbe stipendia [diaria] cum seruis, quam liber uiuere in rure (Γ′ α ε V

41. ⟨Vsum⟩] Quo dicat te et lignis et oleribus habundare (Γ′ α b E V

Ordo est: inuidet tibi argutus calo usum lignorum

6 nominarunt Γ α b f E] nominauerunt ν V 7 *hoc schol. restituebat K., om. edit., cf. uar. lect. Horat. et stud. Vindobon.* 1901 *p.* 117 *sq.* abundat f 9 est] *om. r* 10 uillico r ferret γ ferat α 11 uuam α *corr. b*] uā V uticam r uiam γ α *pr. v* unam f 12 intellegendum est V 16 ideo — opus] ut parcat agro et prato tuo nimia inundatio γ 19 cottidiana Γ ε] cotidiana α ν f V quae — salaria] *om. r* 21 cottid: Γ ε] *cotidianus* α ν V 22 mauis] diaria mauis V 23 diaria *om.* α ν ε V liber uiuere in rure ε\ in rure liber uiuere Γ′ V *liber in rure uiuere* α in rure V 25 te et\ te V oleribus γ α V] holeribus r ν b E 27 est\ om. ν V

et usum pecoris et usum horti, et est sensus: calo, inquit, conportans ligna, procurans pecus et hortum in urbe non sinet te aliquid horum tangere, si in urbe cum eo manseris; in rure autem manens potes libere his uti (*Γ′ (γ ν α) b f V*

Calo autem dicitur quilibet minister, uel a frequenti uocatione, uel quod s⟨a⟩epe eat lignatum. Nam 'calo' sonat 'uoco', 'calon' [sonat] 'lignum' (*Γ′(γ α ε ν) V cons. r*

43. 'Ephippia': alii 'sagmata', nonnulli ea, quae propter iugum equis currilibus inponuntur, et hoc uerius (*Γ′ (r α ν) E V*

EPIST. 15

1. Alloquitur hac epistola Numonium Valam amicum suum, ut rescribat ei, quae regiones plus uenationibus leporum, aprorum et auium, sed et piscationibus refert⟨a⟩e essent, ut [h]ibi hieme moraretur, ue⟨r⟩nali uero tempore bene pastus et pinguis reuerteretur. Est autem longissimum hiperbaton quod hoc ordine soluitur: o Vala,

1 inquit *γ*] quilibet *α ν b f V*, *ortum ex illo* 'quilibet' *quod breui sequitur* 2 conport: *γ ν*] comport: *α b* cum portans *f V* procurans] curans *V* ortum *α f* 'ortum *V* 4 libere poteris his *α b* his libere *V* 8 calon *r*] calin *cett.* sonat *ante* lignum *om. r α V*, *exhib. γ ν ε* 10 currulibus *r* curulibus *E* currilibus *α ν V* inponuntur *V*] imponuntur *cett.* et hoc uerius] *om. E* 13 hac epta *V*] *om. ε φ* 14 ut — echinos] quatinus ei rescribat, quae regio illo anno uicina romae potius habundaret frugibus ut illic posset annum explere, et est longum hyperbaton, quod hoc ordine soluitur: o uala, quae sit hiems (hiemps *ε*) ueliae, quod caelum salerni et (*om. ε*) quorum hominum regio sit baias (*sic ε φ*) et qualis uia ducit ad baias, et uter tractus educet plures lepores (apros *φ*) et utra aequora celent magis pisces et (*om. ε*) echinos, par est te scribere (*scribere te φ*) nobis, at nos par est (est par *φ*) *tibi credere ut inde possim* reuerti (*reliqua* om. *ε*) ad domum *pinguis et pheax ε φ*

par est te nobis scribere, at nos par tibi credere, quae sit hiemps Veliae, quod c⟨a⟩elum Salerni et quorum hominum regio et qualis uia ducit (*leg.* ducat) Baias et uter tractus educet plures lepores et uter tractus educet plures apros et utra aequora c[a]elent magis pisces et echinos (*V cons.* ε

Nam mihi superuacuus est Musa (ε V

Tangit autem illos in hac epistola, qui per penuriam deseruiunt philosophiae, quibus si arrideret facultas, protinus eam desererent et uoluptatibus uacarent (ε V φ

Velia et Salernum oppida Lucaniae; Salernum a salis copia est dictum (Γ′ b V

Consulit Valam, quid sentiat de salubritate regionis, quoniam ipse Horatius nolebat Baias ire (Γ′ b f V

2. *Hic ponendus ultimus uersus (*u.* 25): Scribere te nobis, tibi nos accredere fas est (Γ′ b f

Mire, quasi Baiae hanc iniuriam sentiant, si illis frigida etiam frigoribus mediis praeferatur (Γ′ b f V (*sed multa abscissa*)

3. Musa Antonius aegritudine Augusti artem suam illustrauit. Nam cum dolore arteriae laboraret et ad summam maciem perductus esset curante Amelio medico, qui eum adeo calidis curabat, ut tectum cubiculi eius uelleribus muniret, hic postea in contrarium uersis omnibus ⟨cum⟩ non solum perfusionibus frigidis, sed etiam gargarizatione cicerninae aquae Atellae in domo Caesaris et potionibus uteretur, ⟨effecit⟩ ut intra breue tempus curasset; ob quam causam ab Augusto usque ad sestertium quadringenties ex senatus consulto accepit (Γ′ b f V

7 superuacua ε V φ 8 tangat V tangit ε φ *et Porph. p.*335 *H.* autem illos V eos ε φ per ε V] *om. Porph. U mendose* 10 uacarent ε] deseruirent V φ 12 dictum est V dictum b 14 ire baias V 21 arteriarum r 25 perfusionibus γ f] profusionibus r p̄fusionibus b V prefusionibus v 26 aquae] v f aquae *est* Γ b V 27 uteretur v tueretur Γ V tuere b f utebatur *Hauthal* *K. add. illud* cum et hoc effecit 28 causam f] *om.* Γ′ V

Musa Antonius, Augusti (Caesaris *add. b*) medicus, Horatio iusserat, ut psychrolusia uteretur propter oculorum dolorem (*Γ′bfV*

5. *⟨Sane⟩] Valde, ut Sallustius (*hist.* II 18 *M.*):

Belli sane sciens (*Γbf E*

Murteta proprie sunt aquae sulphureae calidae atque salubres ad quasdam infirmitates pellendas; quales erant apud Baias, ad quas frequenter ex diuersis partibus confluebant. Sed postquam ob longitudinem itineris coepissent derelinqui et ad fontes Clusinos et Gabinos, ubi erant aquae frigidae, coepissent contendere intermissis Bais, dicit, quod ipse uicus coepit ingemiscere contemptus in aquis suis (*EεV*

Murteta non longe ab Auerno lacu sunt calidis aquis habundantia; sed non ideo murteta, quod arbores myrti habeant, sed quasi mortueta, quod omnes animae mortuorum inde inferos petere credantur (*Γ′bfV*

6. 'Cessantem morbum' aut generaliter quemlibet uult intellegi aut specialiter podagram, quae uix aut numquam pellitur (*γνVφ*

*⟨Cessantem⟩] Pigrum et neruis inh⟨a⟩rentem (*Γ′bfE*

7. Baiae gemunt sulphura sua et sudationes contempni et his frigidas aquas praeferri; inuident autem sanitatem aegris, quos gemunt frigida curari (*Γ′bfV*

9. *Clusinae et Gabinae aquae frigidae sunt: Clusinae in Etruria, Gabinae in Sabinis (*Γ′bf*

2 psuchrolucia *bνV* psi lucro lucia *f* psucrolucia *γ* psucrholucio *r* 4 ut *om. f* ut sciens *om. ε* 7 pell: *εVφ*] debellendas *E* 10 clusinos fontes *Eεφ* gabios *ε* ad gabios *E* glabios *φ* 11 frigidae (frigide *E*) aquae *Eεφ* contendere *V*] concurrere *Eεφ* 12 dicit horatius *φ* eo quod contemneretur *φ* contentus *V* 15 habund:] habentia *V* murteta *rνV*] mirteta *γbf* myrti *r*] mirti *γνbf* quod — habeant] quod omnes arbores mirtus habeantur *V* 17 inde — cred:] *defic. V, folii parte abscissa* 18 cessantem\] deficit V *19 uix] difficile φ* 22 sudationem *νV* sudatione *γb* 25 gabiae *νf*

12. Quia in laeuam detorqueatur; nam Baiae euntibus Capuam in dextra sunt. An magis ideo laeua dixit, quia equus ea manu regitur? (*Γ′bfV*

14. *Hunc uersum quidam principiis iungendum putant (*Γ′b*

15. *⟨Imbres⟩] Cisterninos (*Γ′(rνb)E*

16. *⟨Dulcis⟩] Aliter iugis, semper manantis (*Γ′(γνb)E*

*Nil moror, hoc est dubitare, quin bona sint (*Γ′b*

17. *⟨Rure⟩] Aut in rure aut ruri aduerbialiter (*Γ′bfE*

20. *⟨Ministret⟩] Vt supra (5, 19):

Fecundi calices, quem non fecere disertum?

(*Γ′(γνb)f*

24. ⟨Pheaxque⟩] In his enim locis habitauerunt Pheaces (*ΓbEV*

Pheaces enim, quorum Alcinous rex fuit, luxuriose uiuebant; ita Homerus (*Γ′(γνb)fEV*

25. *Hic uersus principia epistolae conclusit (*Γ′b*

26. Quia de se ut luxurioso locutus erat, subiecit de Maenio fabulam. Maenius hic Pantolabus dictus est ab eo, quod, quicquid offerebatur, acciperet; erat autem et urbanus et mordax. Itaque dabant illi et qui urbanitate delectabantur et qui mordacitatem timebant (*Γ′bfV*

33. 34. ⟨Nil aut paulum abstulerat⟩] Nil de parcis, parum de luxuriosis (*Γ′bfV*

34. Omasi (*V*)] Bubulae pinguioris; alii (*ut Porph.*) intestina uolunt (*Γbf V*

1 laeuam *r*] leuam *γbf* leua *ν* // ua *V* detorquatur *ν* *cf. schol. serm.* II 2, 66 7 iugis *E*] dulcis *γνb* 12 fecundi *ν*] foecundi *f* facundi *γb* quem — disertum] *om. ν* 14 habitarunt *rbE* 15 pheaces *V*] *om. cett.* 16 rex alcinous *νV* 17 ita homerus] ut h: exponit *V* 19 erat] fuerat *γ* 21 autem] *om. νV* 22 qui *ante* urb: om. *ν*V 23 et qui mord: *timebant*] *ut* qui eum metuebant V 26 bubulae — uolunt\ metuebant *(sic) V*

*Omasus proprie est caro bubulina (*ν Eεφ*
*⟨Omasi⟩] Panciae (*gloss. α*

36. Cum non haberet, insectabatur luxuriosos, ut ab hisdem pasceretur (*Γ′ f V*

45. ⟨Vos⟩] Potest Epicureos dicere, qui ait (*leg.* aiunt) diuitias ut non appetendas, ita nec spernendas, si contigerint (*Γ′ b f V*

EPIST. 16

1. Quintium alloquitur de situ agri sui, dicens illum amoenitate gratissimum, ita ut inter duos montes situs conuallia teneat, oppositus soli orienti simul et occidenti, et ex obliquo loquitur de aequanimitate ac temperantia, quare paruo esse contentus debeat unusquisque, arguens quosdam dissimulatis uitiis magis bonos uideri uelle quam fieri (*Γ′ b f ε V* (loquitur — fieri *cons. Porph.*

2. Aruus ager dicitur segetis ferax et praeparatus frumento (*Γ′ b f V*

4. 'Loquaciter', quod Graeci lalisti dicunt, non poetice, sed quasi prosa oratione et communi sermone ac simplicibus uerbis (*Γ′ b f V*

5. *⟨Si⟩] Vel 'ni' (*Γ′*

Hic incipit describere situm agri sui; idest totus ille ager unus mons esset, nisi dissociarentur ipsi montes ualle in medio iacente; per quod ostendit illum agrum inter duos montes iacere (*Γ′ b f V φ sim. Porph.*

1 pr: est εφ] est proprie *E* proprie dicitur *ν* bubalina *ν ε φ* bubulina *E* 5 epicuros *Γ b* epicurus *ν f V emend. K., schol. om. Pauly et Hauthal* 6 si contigerint *γ* si contingerint *b ut uid.* si contigerint quibusdam *f* si c̄tigr̄ *ν* s, (= sed) c̄tigr̄ *V* sicut poetae tradiderunt *r* 11 simul *γ ν b f ε φ*] *om. r V* 12 temperantia] temp: sua *r φ Porph.* 13 contentus esse *b f ε* 14 quosdam] alios *γ Porph.* quodam *b* uelle *γ ν ε V Porph.*] uelle et laudari *r b f φ* 21 uel *r ν*] aliter *γ* 22 hic] modo *ν b f φ* sui] *om. r V* 23 ipsi] duo *V* 24 illum agrum *r ν b f φ* agrum illum *γ V*

6. *⟨Valle⟩] Hanc uallem in carminum libro primo (17, 11) Vrticam (Vst: *Hor.*) appellat (*Γ′ b*

*⟨Sol⟩] Vt extremo ueniens sol accipiat (*Γ′ b E*

8. *⟨Laudes⟩] Laudare potes (*Γ′ (r v f) E*

9. Corna (*V*)] Non est intellegendum, quod uepres in agro illius corna et pruna ferrent, neque quercus et ilices poma domestica, sed tantam ibi dicit habundantiam esse fructuum, quanta habundantia est ueprium, quercuum et ilicum (*Γ′ V*

*⟨Vepres⟩] Spineta, uirgulta, quae circa sepes sunt; poma habent moris similia (*Γ′ b f E*

11. Notandum Horatium nihil magis in Italia laudare quam Tibur et Tarentum *Γ′ (γ ν E) ε V sim. Porph.*

12. *⟨Nomen⟩] Hic Blandusius (*Γ′ b E*

*Fontem Bandusium dicit in agro suo esse, cui in libro carminum (III 13) promisit se sacrificaturum; qui fons tam magnus est, ut riuo a se procedenti statim nomen tribuat, uocaturque Digentia (*ν ε φ*

17. Hic iam narrare incipit non tam credendum esse famae uulgari quam propriae conscientiae. Vnde Persius (1, 7):

Ne te quaesieris (*leg.* quaesiueris) extra (*Γ′ V*

22. Trahit exemplum de febricitantibus, qui cupiditate gulae prouocati simulant se in conuiuio febre non laborare, ut liberius possint cibis quibusque uesci, donec super ipsum cibum manus tremulae reddantur. Sed sicut ille stultus est, qui plus credit conuiuantibus quam sibi, ita qui febre uitiorum mentem habet repletam, stultus

8 esse] *om. V* 12 notandum] notandum est *ε V* nihil horatium in italia magis *V* in italia nil (nihil) magis *E ε Porph.* 14 hic *γ*] hic est *r E* est hic *b om. ν* blandusius *Γ*] *bandusius b E* banedusius *ν* 19 hic — incipit] dicitque *r hic γ*] hoc *ν V* 22 ne te quesieris r ne te quesiaeris *γ* ne *te qui fueris ν* ne tu ea quae fueris V 24 se] om. *γ* febre *r ν corr. f ε*] febri *γ ν pr. V* 28 febre hic omn.

computabitur, si propter fauorem uulgi se beatum putat (*Γ′fεV*

25. Siquis, inquit, laudes Augusti proprie ad illum pertinentes tibi decantet, numquid animum accommodabis illi? Addit ergo Augusti laudes, quas populus solitus erat ei decantare (*Γ′εV*

Ordo: in ambiguo hoc Iuppiter seruet, qui et tibi et urbi consulit, hoc est ut in incerto semper sit, utrum tua salute magis populus an tu populi indigeas, ac per hoc ut cum populi salute pensandus sis (*Γ′bfV*

*⟨Siquis bella⟩] Haec enim Var⟨i⟩us de Augusto scripserat (*Γ′bf*

31. 32. ⟨Nempe uir bonus et prudens dici delector ego ac tu⟩] Hoc est: nempe tu, qui me reprehendis, in eodem uitio reperieris, quod non negat Horatius (*γV*

34. Ac si dixisset: sola uirtus potest habere perpetuam dignitatem. Sensus hic est: eas laudes amplectendas esse, quas agnoscimus, ne nos quasi alienae deserant (*Γ′bfEV*

35. Vox populi 'depone' dicentis 'honorem'. Meus est a me tibi datus (*γνV*

41. Responsio tota per yroniam est. Ostendit enim talem hominem non ueraciter esse bonum, sed uideri cupientem (*Γ′EεV cons. Porph. (in r hoc schol. bis extat)*

43. Nec qui disertus est et magnam apud populum dignitatem habet et iuris consultus est, ⟨uir bonus est⟩. Nunc autem negat eum uirum bonum esse, qui metu legum recte facit, sed eum, qui amore uirtutis (*Γ′bfV*

1 putat *γνV*] putet *rfε* 6 ei decantare *rε*] eidem cantare *γνV* 7 aliter ordo *Γ* seruet iuppiter *rV* 8 hoc est *νbfV om. Γ* in *rb*] *om. γνV* incertū *f* 10 cum populi salute] tum populi *ν* cum salute populi *V* 15 quod — hon:] *om. γ* 21 *datus*] *om. V* 22 yroniam r alt. l. εV hyroniam *Γ′E ostendit — cupientem*] *om. E* 25 qui] quid *γν et m:] etiam magnam V* 27 nunc] non *γ*

44. 45. Licet bonus uideatur esse in forensibus causis, familia illius et uicini intellegunt conuersationem eius non honestam, quia scilicet turpis in domo et per hypocrisin speciosus in publico (*Γ′ V*

47. Si non es furatus mea bona, remunerationem habes, quia non constringeris loris. Et si non occidisti hominem, non suspenderis in cruce. Ecce remuneratio tua (*γ ν V*

49. *⟨Sabellus⟩] Hoc de se Horatius (*Γ′(r ν b)*

50. Allegoricos: quoniam noui cauere dolos et malitiam tuam; et his animalibus se comparat, quae decipi nequeunt (*Γ′ b V*

Sicut bestiae foueam et aues timent laqueos ac per hoc bona hominum non deuorant, ita serui, quia timent dominos, bona illorum non deuastant (*Γ′ V*

53. Qui falsum nomen sapientiae amplecteris, si nil admittas propter poenam, cautus es, non quod sponte sis abstinens. Post exemplum serui redit ad id, quod superius dixerat (*Γ′ b f V*

56. More suo contra Stoicos, qui dicunt omnia peccata esse aequalia (*Γ′(r b ν) V*

Ordo: isto pacto mihi, idest apud me, damnum est lenius, non facinus admissum; quo autem pacto? si unum modium fabae surripias (*Γ′ b f V*

59. *Ironicos (*Γ′ b E*

60. *Lauerna uiae Salariae lucum habet; est autem dea furum. Simulacrum eius fures colunt aut qui consilia sua tacita uolunt. Fortasse dicta sit a lauando; nam

1 bonis *ν V* 2 conuersationem *Γ*] conum sationem *ν* commissationem *V* 6 loris] *om. V* et si *ν V*] si enim furatus esses, constringereris. Et si *γ fort. rectius* 10 nouit *γ Hauthal* 11 tuam] suam *γ Hauthal*, *b absc.* 12 nequeunt *Γ b ut uid.*] nequeant *ν V* 14 quia] qui *V* 17 admittas *ν V*] *admittis Γ b f* 22 apud] ap̄ *ν b V* damnum *Γ*] dampnum *ν b f V* 23 lenius *Γ′*] leuius f om. V, b absc. autem pacto] *pacto autem V* 24 subripias f 25 ɣronicos γ ν E ΙΡΟΝΙ-ΚΟC *r* ΥΡΟΝΙΚΟЄ *b*

fures lauatores dicuntur. Preces eius cum silentio exercentur (*Γbf*

65. Syllogistica conclusio. Omnis enim, qui cupit, postquam adeptus fuerit, metuit amittere illud. Et notum est, quia seruus timet; et ideo, qui timet, non est liber, sed seruus (*Γ′V*

68. *⟨Obruitur re⟩] Occupatur diuitiis (*Γ′*

69. Allegoria est: nam captiuum illum uult uideri, qui pecuniae parandae seruiat. Sensus: hunc, inquit, talem, qui pecuniae seruiet, patere ut seruum laborare. Est enim et huiusmodi hominum aliquis usus, et certe prosunt aliis magis quam sibi ut mancipia. Ille, inquit, aret, ille nauiget, annonae prosit; tales enim populus probat (*Γ′bfEV*

72. *Virgilius (*Aen.* I 704):

Penum struere

a nominatiuo 'hic penus' (*Γb*

73. Tulit locum de tragoedia. Inducitur Pentheus quendam tradens ad poenam, qui, dum diu reluctaretur, tandem ait: deus me, cum uolo, soluet. Ait poeta, et puto: hoc sentit, morte se posse liberari, quoniam sola haec omnium [est] finis malorum. Et nunc metaphora est a Libero; sic ergo sapiens ridet minas tyranni, ut deus. Item aliter: solus sapiens liber est; refert exemplum ex Bacchis Euripidis (492—498), in quibus inducit poeta Liberum Patrem dicentem Pentheo uinctum se tenenti: quid est, quod me possis cogere pati? 'Adimam bona'. Auferas licet. 'Vinciam'. Deus me soluet, mors me

3 syll: *r*] sil: *γ* sill: *νV* enim] *om.V* 5 et ideo] *om.r* qui] quia *γV* non est] iam non est *r* 8 captiū *ν* uidere *νbfV* 9 seruiat — pecuniae] *om.V* 10 seruiet *Γ′EV*] seruiat *bf* 21 sola haec omnium finis *V* sola haec omnium est finis *rb* sola hec est finis omnium *ν* omnium sola haec est *finis γ sola hec* omnium finis est f 24 item — *quibus] om.V* 26 uinctum] uictum *γ* iunctum V 27 quid *est] quidem γV*

liberabit. Hoc sane ad hominem relatum est [hoc est: uirum] uere sapientem (*Γ′ b f V*

79. Responsio uiri sapientis et Horatii; et est ordo: hoc sentit bonus uir positus in angustia: ipse deus statim, ut uoluero, me soluet a uinculis. Quid si moriar? Mors finis rerum est (*Γ′ V*

EPIST. 17

1. Praecepta uitae ad Lollium Scaeuam equitem Romanum, an sectandi sint potiores, et laudat Aristippum Cirenaicum, qui adfectauerit cum regibus uiuere (*Γ′ f V*

4. *Verecunde se tangit quasi inferioris peritiae (*Γ′ α b E*

8. *Caupona (α)] Diuersorium in uia, ac per hoc: si frequentia et sordibus offenderis (*Γ′ α b*

Terentinum (α)] Oppidum Campaniae, alii municipium uolunt uiae Labicanae ad XLVIII lapidem, alii Ferentinum, quod in Tuscis est (*Γ′ α b f V*

9. Sensus: habet, inquit, et paupertas uoluptates suas, si molestia careat in remotis locis (*Γ′ α f V cons. b*

10. Hoc est: qui uita latuit, ut et natus et moriens ignoraretur, qui fuit in obscuro. Est autem Epicureorum λάθε βιώσας, late in uita (*Γ′ α b f V*

11. *Si uis indulgentius uiuere, innotesce et per hoc prodesto tuis (*Γ′ α b f E*

13. Ex historia sumit exemplum, quod plerumque prosit amicitia maiorum, proponens duos philosophos:

1 hoc est uirum *om. ν V euan. b* 2 uirum] *om. f* 4 in angustia positus *V* 5 soluet me *V* 9 an sectandi sint *Γ f*] insectandis *V* in sectandissent *ν* 10 adf: *r*] aff: *cett.* 11 tangit *ν*] *om. Γ α b E* 15 terentinum *α*] ferentinum *Hor.* 16 uiae Latinae F. Ritter 17 quod] *om. ν V* 19 *molestia Γ α b f*] molestiae (molestie *ν*) *ν V* in locis remotis *ν V* 21 qui *Γ α b f*] et qui *ν V*

Aristippum Cinicum sectae Epicureorum, fautorem Alexandri Magni, et Diogenem Stoicum, adulationem maiorum declinantem et paupertate contentum. Quadam igitur die Diogene holera colligente superuenit Aristippus atque subsannando dixit: 'Diogenes, si sciret regibus uti, fastidiret holus'. Cui Diogenes: 'Aristippus', inquit, 'qui me notat, nollet patienter regibus uti, si pranderet holus, sicut ego' (*Γ' ε V sim. α*

*⟨Si pranderet⟩] Hoc Antisthenes de Aristippo dixit (*Γ' b E*

23. Laudat Aristippum ex sententia Platonis; qui cum inuenisset illum naufragum panno duplici indutum, idest diploide (*cf. Porph.*) ac peruili uestimento, laudauit illum dicens: omnis color et omnis status et res decuit Aristippum sapientia praeditum, qui ita sciebat paruis uti sicut magnis (*Γ' ε V*

24. ⟨Fere praesentibus aequum⟩] Prope aequaliter paupertatem ferentem, quae praesens potest esse, sicut diuitias, si uellet habere (*Γ' α V*

Ille, qui utrumque habitum consueuit accipere, ut Aristippus, qualicumque ueste indutus fuerit, sine aliqua dehonestate procedit in publicum, quia sunt multi appetitores uestium pretiosarum, quibus si induti fuerint, non de eo honestantur, et sunt nonnulli contemptores, quibus maiorem honorem praestant uilia, quam aliis pretiosa (*Γ' V*

1 aristippum cinicum *γ*] aristipphum cimicum *ν* aristippum amicum *V* diogenem cinicum *r cons. ε* 2 diogenem stoicum *ν V*] diiogenem stoicum *γ* aristippum stoicum *r ε* 3 contentum — colligente] *om. V* 4 diogene] aristippo *r ε* aristippus] diogenes *r ε* 5 diogenes si] aristippus si *r ε* 6 cui — ego] *euanuit ε* cui aristippus qui me notat et reprehendit, si nollet uti regibus pacienter pranderet holus sicut ego *r* 7 si] sed *V* 8 ego] ego, et est yperbaton (//// baton *ε*) ·i· ordo confusus (p̄ posteris *ε*) *r ε* 9 antisthenes] *om. ν, sed altero atramento add.:* t antisthenes *ν* antistenes, *superscr.* at diogenes *γ* antistenes, *superscr.* t diogenes *r* antistenes uelud (*leg.* uel ut) quidam uolunt *diogenes E* diogenes b 22 procedet *ε* 24 *de eo honestantur γ ν*] dehonestantur *r V* ideo honestantur *Hauthalii textus sil.* 25 honorem] *om. ν V*

25. *⟨Panno⟩] Pallio. Cinicum notat (*Γ′αbE*

30. Aiunt Aristippum, inuitato Diogene ad balneas, dedisse operam, ut omnes prius egrederentur ipsumque pallium Diogenis induisse illique purpureum reliquisse. Quod Diogenes egressus cum induere noluisset suum repetens, tunc Aristippus increpauit Cynicum famae seruientem, qui algere mallet quam conspici in ueste purpurea (*Γ′ αbf V*

*Mileti textam purpuream; apud Milesios enim lanae optimae teste Virgilio (*ge.* III 306 *cf.* IIII 334) (*Γαb*

33. *⟨Res gerere⟩] Loco nominatiui stat res gerere, ut est illud Persii (1, 27):

Scire tuum nihil est (*Γ′αb*

36. Gr⟨a⟩ecum prouerbium dicit propter Aristippum (*Strabo p.* 378): *οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐστι[ν] πλοῦς*, idest non cuiuis ut Aristippo tutum esse Corinthum nauigare. Nam cum multi Corinthum nauigantes Laidis amore tenerentur, Aristippus etiam hac fama illo perductus est, et usus Laide non etiam amore eius deuinctus est. Qui cum prae se ferret, quod non esset captus ut ceteri, dictum est ei, quoniam meretricem habuisset; ille respondit: si habui, non habeor (*Γαbf V*

Graecum prouerbium est propter Laidem Corinthiam dictum, quae noctem talento uendebat, ubi nemo inmunis ab amore eius erat (*Γ′αbf V*

37. ⟨Succederet⟩] Bene cederet, succurreret, contingeret. Terentius (*Andr.* IIII 1, 47):

Hac non successit (*ΓαV*

5 et suum repetens *V* 12 ut—nihil est] *om. ν* 14 grecum *Γ′αbf V* dicit *Γbε*] *om. ν V* et dicit *f* 16 esse *Γαf*] est *νε V* 17 laudis *γ pr. αν f ε V* 18 tenerentur *Γαbf*] teneantur *ν V, euan. ε* etiam] *om. ν V* 20 est qui] qui *αν om. V* 21 ei] *om. ε* ille] *om. V* 22 respondit si] respondes *ν V* si *αε*] *sed Γbf* habeor *Γαbf*] habeo *ν* habis *V* 23 laidem *rb p. ras.*] laudem *cett. b ante* ras. 24 noctem *r αf V*] nocte *γ, b legi non potest* talento K.] talenta codd. Hauthal, *b legi non potest* 27 ter: *om. V* 28 hac *Γα*] ac V

38. Quasi tergiuersantes in responsione urget ad respondendum (*Γ′(γνb)V*

43. Adeo gratam esse uerecundiam ait, ut s⟨a⟩epe plus percipiant nil petentes quam flagitantes. Conueniens locus principio: proposuerat enim docere, quomodo cum maioribus uiuendum esset (*Γ′αbfV*

46. Verba inpudentis, qui oblique petat, et per hunc imitatur eos, qui petunt figurate (*Γ′αbfV*

51. *Hoc est: si non palam instaret, careret aemulo et rixis; coruus enim reperta esca dum clamat, praedam aliis prodit (*Γ′αbf*

53. *⟨Salebras⟩] Salebrae sunt aspera loca et petrosa (*r*

⟨Imbres⟩] Hoc est: qui magno uult inputare, quod incommoda itineris patiatur (*Γ′αb V*

55. *⟨Catellam⟩] Alii ornamentum capitis uolunt, alii colli. Aliter: hoc est meretricis inpudentiam imitatur obliquatque petitionem; sic in Truculento Plautus (*Γ′αbf*

56. *⟨Periscelidem⟩] *Ποδοψέλιον*, uinculum aureum pedis (*Γαbf E*

59. Planus nomen est hominis, qui solebat multos sic fallere, in quorum uehicula uoluisset tolli, ut fingeret se crus fregisse. Qui cum postea uere crus fregisset et idem rogaret, non est ei creditum (*Γ′αbfV*

*Planus non proprium nomen (*ε, paulum sim. Porph.*

4 plus] *om. νV* 5 enim docere *Γαbf*] nisi doceret *νV* 7 inpud: *γb*] impud: *cett.* petat] petit *bf* pet . . t *r* 14 hoc est] *om. V* imputare *Γαb* inpunire *ν* punire *V* 17 aliter hoc est *et* sic in tr: plautus *om. ν* inpudentiam *γ*] impudentiam *νfα* impudicitiam *r* inprudentiā *b* 18 obliquatque *ν*] et oblique *rbf* et obliqui *γ* et oblico *α*; *scriptum erat fort.* et obliquam, *quod etiam Hauthal suspicatus est* 19 *ποδοτελιον r* Rodocelion *γ* ΗΛΗιοΝ (*sic*) *b* rodoxedẏoN *α om. fE emend. Hauthal* 21 est hominis *Γαbf*] hominis est *νV* 22 in quorum — creditum] ut in uehicula descendens simulabat (*sic!*) se crus fregisse. qui cum postea uere crus fregisset et iterum ut *antea mendicaret*, non est creditum V 23 crus V] *genus γαν genu rbf* 24 est ei *γbf* ei est *r* est, omisso ei, *νV ei om. est α*

EPIST. 18

1. Praecipit in hac epistola fugiendum esse uitium adulationis et e contrario duritiae nimiae uitium, ut neque adulationi deseruiat quis et, si duritiae uult seruire, uideat, ne in peius uitium incidat, sed in utroque medium tenorem seruet, scilicet ut quisque suo amico neque adulator existat neque cum amaritudine animi increpando eum castiget. Vnde Lollio amico suo dicit, ut, si profiteatur amicus esse alicui, haec duo obsequia timeat. Et dicit, quia, quanta differentia debet esse inter meretricem et matronam nobilem, tanta debet esse inter amicum diligendum et infidum scurram, ut amicus simpliciter diligatur et scurra abiciatur (*Γ′ α b f V*

Hic Lollius [etiam] ad consulatum peruenit merito uirtutis et beneficio Caesaris (*Γ′ α b f V*

4. *'Infido scurrae' hoc est ei, qui amicitiam simulet et in malis deserat (*Γ′ (r α ν) b f*

5. Quidam, inquit, fugientes uitium adulationis incidunt in peius uitium inconcinni et inconpositi hominis, scilicet feri et asperi, quasi agrestis. Sunt enim quidam, qui quasi sua uirtute liberrima et pura confidentes circa amicos suos seueri et duri apparent, dum uolunt eos castigare, et in tantum, ut ipsa cutis prae nimia seueritate tonsa dicatur, quasi capillos non habuerit, et iam dentes sint atri. Et mire per caracterismon (*ex Porph.*), idest per imaginationem, describit hominem tristem et amarum (*Γ′ α ε V*

9. Virtus est (*ν V*)] Idest uerae uirtutis est, qui in amicitia ita se praestat, ut neque adulator neque asper sit, sed ab utroque semotus (*Γ′ α b f E V*

14 etiam] eciam *r b f om. γ ν V* 19 inconp: *V*] incomp: *cett.* 20 quidam] *om. V* 21 sua] *om. V* 24 non *γ ν V*] *om. r α ε Pauly Hauthal* habuerit] habeat *V* et iam] et *ε etiamque r* 25 atri sint *V* 26 hominem deser: tristem *V* *amarum]* seuerū t amarū *V* 28 idest *ν V*] om. *cett.*

10. *Descriptio immoderatae assentationis. Dicit ergo, quia sunt quidam, qui plus iusto adulantes dominis suis recumbentibus in lecto et diuersa iactantibus simulant se ad nutum oculorum ipsius diuitis timere et id ipsum, quod dominus loquitur, leuiter adulando sic affirmare, ut crederes quendam notarium ea, quae excepit, ante magistrum legere, uel quendam mimum in parte secunda tragoediae suae tractare (*γν*

11. *Lecti (*α*)] Vbi recumbit dominus, quasi recumbens ad pedes patroni (*Γ′αbE*

12. Tollit (*γ*)] Vtrum diuitem laudando uerba eius repetit aut eas uoces [s⟨a⟩epius] repetit, quibus laudat? (*Γ′αbfV*

14. *⟨P. mimum tractare secundas⟩] Quem Graeci *δευτερολόγον* dicunt (*Γαb*

Secundarum enim partium actores omnia summisse agunt et suppliciter (*ex Porph.*). Notandum autem, quia in tragoedia non debent fieri plus quam quinque actus personae (*Γ′(γαν)εV*

*Ergo mimus dum secundam partem tragoediae agit, humili actu eam facit (*Γ′(γαν)ε*

15. ⟨Alter rixatur⟩] Aliud uitium inducit asperi hominis (*Γ′αbfV*

*⟨De lana s. caprina⟩] De re uili et paene nulla. Prouerbium est (*Γ′αb*

18. Sensus: nolo pretium renascendi et munus accipere, ut non dicam, quod sentio, hoc est, nec alia uita tanti est, ut taceam, quod sentio (*Γ′αbfV*

19. ⟨Ambigitur quid enim?⟩] Hinc interrogat (*V*

Hoc Horatius. De qua re enim certamen habet, ut merito rixetur cum amico? scilicet de gladiatoribus et pantomimis (*Γ′αbfV*

11 tollit] *post diuitem pon.* γ 12 s⟨a⟩epius om. V *17 quia] quod V* 29 interrogat *V*] *nescio an scribendum sit interrogatio*

*⟨Castor sciat an Docilis plus?⟩] Famosi illius temporis gladiatores (Γ′αbfE

*⟨Docilis⟩] Et hoc nomen proprium (ΓαfE

Et de hac re contentio est, in eadem metaphora perdurat de lana caprina (Γ′αbfV

25. Adeo aliena inuitus patitur, ut nec sua uitia alteri indulgeat (Γ′αbfV

28. Verba monentis diuitis. Ordo: meae opes stultitiam patiuntur. 'Noli contendere' per parenthesin insertum (Γ′αbfV

31. ⟨Eutrapelus⟩] Eutrapelum hunc constat corruptorem hominum fuisse, et exponit, quare dixerit pauperem hominem debere uti parua ueste (ΓεV

Eutrapelus dicitur fuisse illis temporibus locuples, cui hoc epitheton inpositum dicitur, quoniam solebat inter uendendum non inurbane iocari aut in personas uilium hominum aut in scruta ipsa; nocebat aut⟨em⟩ liberalitate, ut refert Horatius (Γ′fV

35. *Auctorabitur se in ludum, ut sit gladiator, sicut sunt Traces. Olitores autem dicuntur olerum uenditores; ita negotiari incipiet et uendere caballos (Γ′α

[Holitor holerum uenditor. Sicut olim erat holerum uenditor, ita et caballorum nunc (V, *sed litteris maioribus*

36. *⟨Threx⟩] Gladiator retium; nam myrmillo secutor. Sensus: aut gladiator aut mercennarius erit (Γ′bf

40. Sallustii illud (*Cat.* 20, 3):

Nam idem uelle atque idem nolle ea demum firma amicitia est (ΓαbfV

4 et — est] *om. f* 5 de l: c:] *om. b* 8 ordo] ordo est *V* 11 eutrapelum — et εV] *om. Γ* 13 uti debere *V* debere uti rε decere γ parua ueste] paruam uestem γ 15 *inpos:* γbV] impos: rνf dicitur] est *V* 16 uilium *hominum* in personas *V* 17 liberalitate γνbf] libertate rV 18 *ut] aut V* 20 olerum rνα] holerum γ 24 myrmillo r] *mirmillo* γνbf 26 salustii Γ salustius f V sallustius b salt α

42. Amphion et Zethus Iouis et Antiopae filii diuersi officii: Amphion cithara canebat, Zethus pastoris fungebatur officio. Propter hanc uitae diuersitatem tamdiu dissiderunt, donec Amphion causa concordiae citharam omitteret (*Γ′αbfV*

Amphion lira delectabatur, Zechus (*leg.* Zethus) uero musica. Vnde odiosi inter se fuerunt, donec conticuit lyra Amphionis (*V*

46. Meleager, Oenei filius, ab Aetolia, uenandi studiosus fuit, ubi et aper Calidonius; ergo 'Aetolis' 'amplis' significat (*Γ′αfV*

50. Per haec, quae secuntur, uirtutem Lolli laudare contendit (*Γ′αbfV*

54. Vide, quomodo in Campo cum clamore circumstantium ludis? (*Γ′αbfV*

55. ⟨Tulisti⟩] Sub Augusto scilicet, de quo ipse (*carm.* III 8, 21. 22):

> Seruit Hispanae uetus hostis orae
> Cantaber s. d. c. (*Γ′αbfV*

56. *⟨Refigit⟩] Abstulit, ut (*Verg. Aen.* V 360):

> Danais de poste refixum (*Γα*

Signa Romana, quae Crassus amiserat, Persae ad Augustum per Tiberium remiserunt iam uicti (*Γ′αfV*

58. *Ab amico sine uenia separatus; *προτεράπευσις* (*leg.* *προθεράπευσις*) (*Γ′αf*

60. Deest 'tamen'. Ergo aliquotiens proprius dissimulandus est ludus, ut amico satisfiat, ne sine excusatione absis (*Γ′αV*

61. ⟨Actia pugna⟩] Ad Actiacam respondit, ut Maro (*Aen.* V 596):

> Hunc morem cursus atque (*ΓαfV*

4 dissederunt r desiderunt *α* 20 abstulit om. *r*

63. Cum frater imitatione ipsius pugnae aduersarius fingitur tibi et lacus uester simulatum mare (*Γ'αfV*

65. ⟨Consentire suis studiis⟩] Vt: 'eorum obsequi studiis', idest uoluntatibus (*Γ'(rαν)EV*

66. *Sinecdochicos manu utraque sublata pariterque s⟨a⟩epius mota. Hoc enim genus (hic . . . gestus? *K.*) ualde laudantium est (*Γ'αf*

A VERSV 69 — 19, 16 *DEFICIT V* (*fol. unum*)

75. *Dicendo 'paruum munus' obscenitatem dicti uitauit; significat autem coitum (*Γ'αf*

82. *Theon fuit dicacissimus et maledicus, per quem maledici et detractores intelleguntur (*Γ'fEε*

*Luthienus Theo libertinus [et] prae amaritudine dicacitatis ita patronum quoque suum exasperauit, ut domo eius summoueretur et quaternario legato iuberetur restem sibi palumque emere. Sensus: si quem uideris a malo homine uexari, defende et tuere (*Γ'αf*

88. *Per auram allegoricos mutabiles diuites dicit (*Γαb E*

89. *⟨Oderunt h. t.⟩] Ostendit similem similibus delectari (*Γ'αε Porph.*

93. *⟨Tepores⟩] Vomitus (*Γ'αE*

94. *⟨Deme supercilio nubem⟩] Hoc est: desine seuerus esse (*Γ'αb*

97. *Hortatur Lollium quaerere disciplinam ad commendationem amicitiarum, qua ratione queat, idest quemadmodum possit suauiter uiuere (*Γ'α ex Porph.*

98. *⟨Semper⟩] Non 'te semper', sed 'semper inops' et hoc iuxta auaros (*Γα*

1 immitatione α in imitatione *r* 2 fingitur *rf*] *om. γν* *fugatur V* fungitur α tibi rfV] ubi γαν 3 studiis ob- *sequi V* 4 idest *rE*] uel V *om.* ν 11 theon Γ'] theon *enim fEε* 18 motabiles *E* 23 hoc est] *om.* ν 29 inobs γ

*Quoniam s⟨a⟩epe per ignorantiam uitiosi sumus (*Γ′αbf*

101. *⟨Reddat⟩] Vt alibi (*epist.* I 14, 1):

Mihi me reddentis agelli (*Γ′αb*

103. *⟨Fallentis⟩] Latentis uitae (*Γ′(rvf*)

105. 'Mandela pagus', Mandela in Sabinis est, et non pagus bibit, sed hii, qui in pago sunt (*Γ′αbf cons. Porph.*

*Mandela pagus est in Sabinis rugosa faciens corpora hominum prae frigore. In quem currebat fluuius Horatii Digentia, de quo superius ait (*epist.* I 16, 12):

Fons etiam riuo dare nomen idoneus (*cons. Porph.*)

Item sensus: o amice Lolli, quid putas me sentire, et quid credis me precari deos, dum in rure meo uiuo, nisi hoc, quod tibi opto, uidelicet uirtutem, doctrinam, inminutionem curarum et ueram delectationem? (*Γ′α

*⟨Rugosus⟩] Quia contractos faciat (*Γαbf E*

107. *Quantum sufficiat mihi, etiam paratus sum minus habere, quam habeam (*Γ′α*

109. *Notandum [est], quia studio solito librorum copiam prius quam frugis uictusque est precatus (*Γ′αf*

110. *Hoc est: ne animus meus dubia spe sit insatiabilis (*Γ′αbf*

111. *Haec, inquit, de Ioue petam, quae ipse mihi praestare non possum, idest uitam et opes. Ceterum ut aequum animum habeam, magis est in mea potestate (*Γ′αfε ex Porph.*

7 set *γ* hii *b*] hi *cett.* 12 dare riuo *γv* riuo dare *rα* *Porph. Hor.* 13 item] et est *rα* 15 tibi *γv*] te *rα* opto *edit.*] hortor *codd.* inmin: *γ*] imminutionem *rαv* 16 del: *α cons. r*] dilectionem *γv* 17 contractus *Γαbf* contractos *E* 20 est *rαf om. γv* 21 prius *γ*] plus *v* primum *rαf* est precatus *vαf*] precatus *γ* precatur *r* 24 de *γv*\ a *rαfε* *Porph.* 26 habeam *γv*] geram *rαfε* Porph.

EPIST. 19

1. *Hanc epistolam ad M⟨a⟩ecenatem scribit, qua demonstrat pragmaticam suam, idest causam, quare carmina composuerit (*ex Porph.*). Sed prius uituperat imitatores Cratini, qui docuit non aliorum carmina esse stabilia, nisi qui potulenti et ebrii essent, trahens occasionem ipse Cratinus ex Homero et Ennio, in quorum libris laus inuenitur uini. Sed si laudauerunt, non tamen poetas uinolentos debere esse dixerunt (Γ′(rαν)fε

*Cratinus, archearum comoediarum scriptor, tantae uinolentiae fuit, ut solitus fuerit super pelles recumbere, quas commeiere consueuerat; hoc etiam epigramma in monumento eius testatur eum fuisse uinosum. Idem etiam in suis fabulis negat bonum poetam, qui uinosus non fuerit, et ideo poetas in Liberi Patris esse tutela. Hic per hanc uinolentiam tantae libidinis fuit, ut cubiculum suum speculis adornaret, quatenus et coitum suum spectare posset (Γ′αbf

4. *⟨Adscripsit⟩] Addidit, inseruit, connumerauit (Γ′αbfE

7. *⟨Ennius⟩] Qui primus apud Latinos heroica fecit carmina ad annales conscribendos (Γ′α

8. *Vt Persius (4, 49):

Sic puteal multa cautus (*gloss.* α

12. *⟨Nudo⟩] Hoc de quocumque philosopho, quoniam Cato nudis pedibus non fuit (Γ′αbf

*Quid, si aliquis uestem uultumque Catonis imitetur, numquid continuo etiam uirtutibus Cato est? Cato enim, consul Romanorum, ut terribilior appareret hostibus, intonsis barba et capillis manebat cum duro calciamento pedum et cum toga exigua, ut uelocior esset (Γ′α

3 pragmatiam Porph. suam] om. ν 12 consuerat γ *etiam] eciam f* enim r nam ν 15 patris] om. ν α 17 quatinus *rαbf quamtenus* ν 22 libros annalium r α 28 est] sit α fit r

15. *Iarbita Maurus fuit, qui, cum Timagenem philosophum post conuiuium et inter pocula declamantem uellet imitari et non posset, inuidia quodammodo disruptus est (*Γ′α*

*⟨Lingua⟩] Aliter 'cena' (*Γαf*

16. *Quia conuiuae pastori suo etiam diserti dant gloriam. Persius (1, 38):

Laudant conuiuae nunc no⟨n⟩ (*Γ′αbf*

*Decipiuntur, inquit, stulti, qui, cum posuerunt sibi exemplar bonorum, eosdem tantum in uitiis imitantur, ut ille, qui Catonem se imitari putat, Maurus eloquentem Timagenem (*Γ′α*

REDIT cod. V

18. ⟨Cuminum⟩] Vt pallorem meum possent imitari, quoniam cuminum potatum reddit homines pallidos (*Γ′*(γαν) V*

19. Loquitur contra malos poetas admirando dicens: o imitatores aliorum in uitiis et: o seruum pecus, idest seruile. Sicut enim serui ad alienum praescriptum et imperium uiuunt, ita et uos aliorum exempla in malo semper imitamini. Quando enim uestram recordor uitam, plerumque iocor, plerumque irascor (*Γ′αbf V*

*Mire ait seruum, quoniam negant Stoici quemquam liberum esse praeter sapientem (*Γ′αbf*

21. Hic de se loquitur, ostendens, quomodo et qualia carmina scripserit; et sic loquitur, quasi neminem fuerit secutus, sed libero consilio sua carmina inuenta conscripserit (*Γ′α V*

3 diruptus α ruptus r 5 aliter] uel r cęna f gena Γα 8 nunc non K.] nunc no| b, om. cett. 9 posuerunt γν] proposuerunt α proposuerint r 11 se imitari γ] imitari se rα imitari ν putat—timagenem] om. ν 21 uestram] om. νV recordor γνV] recolo rαbf 25 hic] hęc V de se rα] om. γνV 26 scripserit rα] scripserat γνV et — conscr.] om. α 27 conscripserit rV] conscripsit γν

28. Metrum, inquit, Archilochi, quod nos imitamur, temperamus uersibus Alc⟨a⟩ei et Sappho, quos imitor. Sed neque eodem ordine uersuum utimur neque rebus, quibus socerum insequitur (*Γ′εV*

30. *Socerum Licamben dicit, quem Archilochus ita persecutus est iambis, ut eum exagitaret et filiam eius sibi negatam ad laqueum confugere cogeret (*Γ′αbf*

32. *⟨Hunc⟩] Alceum significat (*Γ′α*

*Hunc (*b*)] Alceum, sed melius Archilocum (*b*

35. Excusat se, cur, cum probetur a plurimis bene sua carmina composuisse, non tamen habeat laudatores, ostendens, quod propter inuidiam, quae est inimica uirtutis, per domos aliorum legeretur et publice detraheretur, et quia non conducebat sibi cibo et muneribus uestium fauorem uulgi, quod solent facere amatores adulationis (*γνV*

37. *Persii illud (1, 53. 54):

Calidum scis ponere sumen,
Scis comitem horridulum trita donare lacerna

(*Γαbf*

39. *⟨Auditor⟩] Iuuenalis (*s.* 1, 1) (*Γαbf*

42. Illi enim pondus laudum nugis suis accumulare gaudent, qui carmina sua inhonesta laudari cupiunt (*Γ′αfεV*

43. *'Si dixi' *κατὰ κοινοῦ*; est autem pro 'si dixero' (*Γ′αf*

45. Ad illius dicta uereor libere et urbane respondere, ne eum ad iram commoueam. 'Naribus uti for-

1 inquit] *om. r* 2 sapho *νεV* saffo *γ* safo *r* 3 sed neque] sed non *V* 4 insequitur *Γ′ε*] suum licāben persecutus est *V* 6 est *νbf*] *om. Γα* 12 quod] hoc esse *V* est inimica uirtutis (tartatis *ν*) *Γ′*] inimica uirtutis est *ε* inimica *est uirtuti V* 13 per — adulationis] om. *V* 22 accumulare *gaudent]* accumulant *V* 28 ne eum ⟨necū α⟩ ad iram *Γ′α*{] *Ne eos ad ira*cundiam *V* ad — respondere] om. V

mido': timeo esse fastidiosus et contemptor, sed honestas excusationes quaero, ne recitem (*Γ′αbfV*

47. Diludia dicuntur tempora, quae gladiatoribus conceduntur inter dies munerum, quibus pugnant (*Γ′αbfV*

[Spacium enim dandi carmina clamo et intermissionem uel dilationem ludorum exposco, et subiungit causam, cur postulet diludia, quoniam excludo (*leg.* ex ludo) iram (*leg.* ira) ex (*leg.* ex ira) inimicicia et bellum generatur (*V*

EPIST. 20

1. Hac epistola alloquitur librum suum metaphoricos quasi rem animatam, significans illum in publicum uelle procedere, se uero prohibere. Sed multi reprehendunt illum, quare in ordine aliarum epistolarum hanc posuerit et non in fine aut in capite, cum neque ad absentem neque ad hominem scripta sit. Quorum reprehensio refutatur, quia in fine libri posuit illam. Principium enim et finis nulla in omnibus libris regula continetur (*Γfε V sim. Porph.*

*Ad librum suum loquitur tamquam ad puerum prostaturum (*Γ′(γνb)*

Vertumnus et Ianus dii sunt, qui praesunt negotiis ementium et uendentium, ante quorum templa erant loca, in quibus cum ceteris rebus etiam libri uenales erant. Per deos autem loca significat (*ΓαfEV sim. Porph.*

Loca sunt in Rostris, ubi Sosii fratres libros uendebant, ut alibi (*epist.* I 1, 54. 55):

Haec Ianus summus ab imo
Prodocet (*Γ′αbfV*

2 ne] ut *V* 4 inter *Γαbf*] in *νV* *u.* 49—II 2, 65 *DEFICIT cod. Hor. ν* 12 se uero *rf*] sed se *γV, eu. ε* 16 in] & in *γV* 19 quasi *b* 21 sunt] fuerunt α 22 ante — *significat om. α* 23 etiam *rfE Porph.*] om. *γV* 25 uendebant] deridebant *V*

2. In mensa Sosiorum, qui Graece bibliopolae appellantur, idest uenditores librorum. Dicti Sosii a familia, quorum mensam poetica licentia pumicem uocat (*Γ ε V*

3. 'Odisti', inquit, includi et sub sigillo esse, quod pudicis gratum esse consueuit, et doles, quod a paucis reuolueris (*Γ α f ε V ex Porph.*

7. *⟨Quid uolui?⟩] Vt (*Verg. ecl.* 2, 58):

Heheu quid uolui misero mihi? (*Γ α b f*

9. Quodsi ego, qui augur tuus sum, idest diuinus, tibi peccanti futura praedico, non odio tui loquor: tamdiu Romae carus eris, quamdiu noui libri pulchritudinem retinueris. Sed cum fueris sordidatus per processum temporis, nemo te ornabit atque describet, sed aut carie consumeris aut fient ex te opistographae epistolarum (*Γ α f ε V ex Porph.*

10. Deserat aetas (*Γ α f V*)] Prodat et ingratum faciat uetustas. Seruauit metaphoram, quasi de meretrice loquens (*Γ α f V*

17. *Quasi ipse liber pueros elementa docturus sit, ita loquitur (*Γ α f ex Porph.*

18. *Hoc est: ut senescas balbutientium meditatione (*Γ α b f E*

19. Tunc enim dictata accipiunt pueri, cum beneficio solis cera facilius deletur (*Γ α b f V*

1 uocantur *ε* 5 quod — reuolueris] *om. γ α* quod paucis recitem *Porph.* 6 reuoluaris *r* reuolueris *f ε V* 9 quodsi *r f ε V*] idest *γ α* 10 loquor *V Porph.*] loquar *Γ α f ε* tamdiu — describet] *om. γ α* 11 pulchrit: *r f*] pulcrit: *ε V* 13 describet *r f ε Porph.*] scribet *V* sed aut *r f V alt. loco Porph.*] Idest aut *γ α V alt. loco, euanuit ε; in V uerba* 'aut — epist:' *bis extant* 14 opistographe *V utrubique* epistographae *ε* epistographę *α* epstographę *γ* epistographe *f* epistografae *r post* opistographe *in V alt. loco interpolatum est:* 'idest superscriptiones', *non alt. loco* 16 deserat\ dos erat *V* deerat *f* *17 metaph: r V*] metaforam *α f* metafora *γ* 23 enim\ omnes *V* *pueri] om. r f*

Secundum morem librariorum et magistrorum loquitur, qui circa quartam et quintam horam pueris dictata praebere consuerunt, quo tempore tractabiliores sunt (*Γα E V ex Porph. V add.*: et abhinc parentelam suam, staturam quoque corporis et aetatem urbane designat (p̄signat *V*)

21. *⟨Maiores pinnas⟩] Vltra dignitatem meorum natalium amicitiam Caesaris adquisisse et principum (*Γ(rε*)

22. Causam exponit, cur non uerecundetur humilem genealogiam profiteri, scilicet quod non haberet ex parentibus, haberet ex sapientia (*Γε V*

23. *Terentii illud (*adelph. prol.* 18—20):

Cum illis placet,
Qui uobis uniuersis et populo placent,
Quorum opera in bello, in otio, in negotio (*Γα b f*

Domi et belli aduerbia sunt, ubi se dicit placuisse primis urbis, idest principibus: Augusto, M⟨a⟩ecenati atque Pollioni (*Γ V cons. Porph.*

24. Haec descriptio caracterismos appellatur, idest imaginatio formae hominis. Dicit autem se praecanum, idest properam canitiem habere et ante annos albescere (*Γε V cons. Porph.*

*⟨Solibus aptum⟩] Durae cutis hominem et ad laborem fortem (*Γα*

28. *Eo anno compleui XLIIII annos, quo Lollius consul sortitus est socium Lepidum in consulatu (*Γ Eε*

2 dictata pueris *r E* 3 quo — sunt *E V Porph.*] *om.* *Γα f* 9 non haberet] non habebat *V* 16 atque pollioni *r*] apollini *γ* et pollioni *V* 19 dicit autem *Γε*] dicens *V*

EPISTVLARVM LIBER II.

EPIST. 1

1. Augusto petenti, ut aliquid sibi operis dedicaret, scribit Horatius ideo se huc usque non fecisse, ne iacturam rei publicae faceret, si uersibus suis Caesarem a re publica seuocaret. Deinde paulatim ad hoc descendit, ut de iūdicio temporis queratur, quo antiquos poetas laudamus merito uetustatis, nouos contemnimus, etiam si ueteribus possint esse meliores (*Γαbf V*

Mire 'solus'; apparet enim deuicto iam Antonio, mortuo Lepido, qui triumuiri cum Augusto fuerant, hanc epistolam ad Caesarem scriptam (*Γαbf V*

2. *Moribus suis, aut quos ciuibus pro lege inposuit, sed melius suis (*Γαbf*

5. Sensus: tanti uiri, idest quos consecratio manebat, inuidiam inter suos passi sunt, quanto tu maiorem, cum praesenti tibi largimur honores (*Γα b V*

Laudata uirtute Caesaris dicit ei soli contigisse, ut inuidiam uiuus uinceret. Et est ordo: Romulus et Liber Pater, dum terras hominumque genus colunt et cetera

4 scribit] scripsit *V* ideo] id ideo *Pauly* 6 seuocaret *rαV*] reuocaret *γbf* deinde paul:] Paulatim autem *b* Paulatim *V* 8 contemnimus *r pr. γ*] contempnimus *r corr. αbf V* 15 idest quos *K.*] iniquos V in quos cett. 16 maiorem *K.*] maiores *codd. Hauthal* 19 uiuus — faciunt] om. *r* uinceret] euinceret *ε* et est ordo] om. *ε*

faciunt, plorauere non respondere fauorem speratum suis meritis, recepti in templa deorum post ingentia facta (*Γε V ex Porph.*

8. *⟨Componunt⟩] Finiunt, ut Virgilius (*Aen.* I 374):

Ante diem clauso componet Vesper Olimpo (*Γα*

7. 8. Iucunde, dum ea, inquit, faciunt, quae tu, et tamen non fuerunt tam grata (*Γbf V*

9. Sensus autem est: tu solus promeruisti in uita templa et diuinos honores sine inuidia, quod nemo imperatorum habuit nisi post mortem. Vnde dicit, quia doluerunt in uita Liber et Castor et Pollux et Romulus, quod populus non redderet eis honorem, quem promeruerunt suis uirtutibus (*Γ V*

10. Diram (*γ*)] Herculem dicit, qui inter duodecim nota portenta etiam Hydram exussit (*Γα E V*

*Qui licet tantae uirtutis esset, non caruit inuidia, donec mortuus est (*Γα E*

11. ⟨Fatali p: labore⟩] Mire 'fatali'; ita enim semper adiunctus Herculi fuit, ut fatalis esse crederetur. Idem ergo expertus est inuidiam non nisi morte compesci. Vt alibi poeta (*carm.* III 24, 31. 32):

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus inuidi (*Γαbf V*

13. *⟨Vrit⟩] Idest inuidiae liuore stimulat (*Γαbf E*

1 plorauere — fauorem] *om. r* 4 ut *r*] *om. γ* 6 componit *α* 7 iucunde (ioc: *b*) dum] *om. f* 8 fuēr = fuerunt *γ V*] fuere *rbf* tam *Γb*] *om. f* tunc *V* 9 Sensus] *ante hanc uocem haec leguntur in V:* Recepti ·i·e·aeo iea· promeruisti] minuisti *V* 10 imperatorum — doluerunt] *om. V* 13 quod — uirtutibus] nec ullis aliorum *V* 15 dicit *γα V*] significat *rE* 16 exussit *rF*] excussit *γα* E percussit V *23 incolumem αb corr.*] incolūm *f* incolomen Γ incolōm V, item *ut uid. b pr.* odimus — inuidi] & cętera V

18. Populus, inquit, Romanus in hac sola re iustus et sapiens est, quod te praefert omnibus ducibus suis omnibusque Graecis, sed in hoc, quod cetera simili ratione non ponderat, stulte agit, dum omnia noua fastidit, quae a poetis scribuntur et quae a iudicibus dictantur, in tantum delectans ueteribus, ut legem Romanam, quae in XII tabulis continetur et foedera sub antiquis regibus facta uel quae Romani fecerunt cum Sabinis uel cum aliis gentibus, libros quoque annales, ubi iura pontificum continebantur, et antiqua uolumina uatum, idest Ennii, Homeri, Neuii, Pacuuii, Accii, Afranii, Terentii aliorumque ita pro uero teneat, quasi Musae ea locutae sint in monte Albano (*Γαε V*

23. *⟨Tabulas⟩] Legis (*leg.* leges) XII quae erant in aerario (*ε*

26. *⟨Annosa⟩] Ephexegesis (*Γαbfε E*

28 *sqq.* Ordo uerborum est: si Romani scriptores nouelli eadem trutina pensantur, quia quaeque scripta Graecorum sunt antiquissima uel optima, non est quod multa loquamur. Et est sensus: si Romani poetae eodem examine et iudicio examinantur, quo Graecorum, ut, quanto fuerint antiquiores, tanto sint honorabiliores et cariores, nouelli uero poetae pro nihilo ducantur, nihil restat, nisi ut ea, quae per naturam mutari non possunt, denegemus,

1 romanus inquit *α* sapiens et iustus *V* 5 et — dictantur] *om. V* dictantur] *om. r* 6 delectans *Γε*] delectatus *V* delectant *α* quae *γV*] quae in *rαε* 7 tabulis *rαεV*] legibus *γ* sub regibus antiquis *rαε* 9 ubi — aliorumque] *nescio an haec uerba pro interpolatione habenda sint* 11 accii afranii terentii] *om. V* accii *rα*] actii *γε* afranii] affricani *α* 12 teneat *r*] teneant *γαεV* ea locutae sint *γV*] locutae sint ($\overline{s}$ = sunt *ε*) ea *rαε* monte albano *γεV*] albano monte *rα* 16 ephexegesis *b*] ef: *aut* eff: *cett.* 17 est *γα om. V* 19 uel *γα*] et *V* 20 eodem — ut *γα*] *om. V* 22 honerabiliores *V*, recte *α* cons. *γ* et cariores *V*] *om. γα* 24 ut *V*] *om. γα* per *γα*\ post *V* mutari *γα*\ *mutare V*

dicentes illud esse molle, quod naturaliter durum est, et illud durum, quod naturaliter molle (*Γ(γα)V*

28. *Si ideo negat populus nouellos poetas bonos esse, quia non sunt antiqui, Gr⟨a⟩ecos uero bonos, quia sunt antiqui, nil restat, nisi denegemus ea, quae naturaliter sunt, idest ut os oleae non sit durum et testa nucis, quod contrarium est (*Γ(rε)*

31. Hoc est: si non licet contradicere, negemus etiam ea, quae palam uidentur, idest contra naturam consentiamus (*Γαbf V*

Sensus: si mentiendum est, inquit, quare non et haec nobis assumimus? (*Γαb V*

34. Hoc est: si temporibus meritum carmina sortiuntur et erunt sicut uina, uelim scire, quotus annus carmen laudabile efficiat (*Γαbf V*

38—51 *absc. in b*

40. Hoc est: quid de illo poeta dicimus, qui post illum, qui ante centum annos mortuus est, deficit uno tantum mense posterior? (*Γαf V*

45. Sicut, inquit, paulatim carpitur cauda equi, quousque tota sit extracta, ita et ego paulatim euellam numerum centum annorum, donec subducto aceruo numeri decipiatur ille, qui per uetustatem temporis laudat poetas et carmen ipsorum et ⟨a⟩estimat uirtutem carminis numero annorum (*Γfε V*

*Crisippi sillogismi sunt seu dominos (*leg.* pseudomenos) et sorites; seu dominos (*leg.* pseudomenos) est,

2 naturaliter molle *α*] naturaliter est molle *γ* molle est *V* 9 ea *Γαbf*] *om. V* idest] quod *V* 11 sensus] sensus est *V* est inquit] inquid est *V* 14 et *γα*] *om. cett.* uelim — efficiat *γα*] *om. bf V; in rε haec legimus:* Si, inquit, uenustas (*sic rε, Hauthal falso* uetustas) et honestas in carmine tamquam in uino per (*sic rε, om. Hauthal*) tempus inquirenda est, uelim scire, quotus annus laudabile carmen efficiat 17 poeta] *om. r* 21 quousque] donec *r* et] *om. V* 22 aceruo numeri *yfε*] numeri aceruo *r* aceruo V 23 ille] *om. γV* 26 *hoc schol. om. Hauthal, emend.* K., *stud.* Vindob. *1901, p. 118* 27 *sorites*] forites *f* soritas Γα

cum falsitatem ueritate confirmat, ut siquis dicat: dico me mentiri et mentior, uerum igitur dico. Sorites autem est, cum ultra modum capacitatis adsensionem audientis breui adiectione producit dicendo unum et unum (*Γαf cons.b*

48. *⟨In fastos⟩] Annales (*ΓαfE*

Qui nihil laudat, nisi quod sepultum est et defunctum ac per hoc antiquum (*ΓV*

49. *⟨Libitina⟩] Feretrum (*Γ(rα)fE*

*⟨Libitina⟩] Dea Egiptiorum, libidinis dea, quam quidam Venerem infernalem esse dixerunt; tamen et Libitina dictus lectus mortuorum (*α*

50. Ennius, ait, leuiter curare uidetur, hoc est uilior est, quam putabatur, nec ⟨curat quomodo⟩ promissis suis satisfaciat. Nam dixerat in somnis (*leg.* somniis) uidisse se, quod anima Homeri in ipsum per pauonem transisset; sed non ita dicit Ennius, ut Homero similis uideatur. Nam multa leuia et indigna auctoritatis in opere eius inueniuntur (*ΓαfV*

*Scribit enim in principio annalium suorum se somnio monitum, quod secundum Pytagorae dogma anima Homeri in corpus suum uenisset. Facete autem somnia Pytagorea dixit, ut ipsum etiam Pytagoram antiquum poetam Ennius licet iunior contempserit et nihil curaret, utrum anima Pytagorae uenisset in corpus suum an non, sciens se non inferiorem, quia, quanto iuniores, tanto perspicatiores (*Γ(rε)*

51. *⟨Critici⟩] Critos iudicium, unde critici iudices singularum rerum (*ΓαbfV*

*Critici idest iudices, secundum quorum sententiam Ennius sapiens fuit (*Γ(rε)*

1 falsitate ueritatē α 3 assensionem γ ascensionem α 6 et Γ] ac V 13 putabatur] putatur V curat quomodo *uel* curare uidetur quomodo *add. K.* 15 se Γαf] *om.* V *per] om.* V 17 auctoritatis] om.γ 19 enim ε] ennius r *23 nihil ε] non r* 27 inde α 29 critici — quorum r] critos *gr dicitur latine* iudex secundum quorum ε

52. ⟨**Quo promissa cadant e. s. P.?**⟩] Quo tendant (*leg.* tendat), ut possint (*leg.* possit) respondere promissis? (*Γ(rα)b V*

Pitagoras enim dixit animas in diuersa corpora transitum facere (*ΓαbV*

*Ennius Pyt⟨h⟩agorae animam dixit ad se uenisse in somnis (*leg.* somniis), et nihil de philosophia scripsit (*Γ α b f*

55. Quotiens legentes dubitant, quis prior fuit, licet alter multo antiquior sit, alter nouellus, aequaliter uenератur ab illis (*Γ(γb)V*

56. *Accius iunior poeta suo ingenio praecelluit Euripidem, qui fuit altus et sublimis ingenio (*ΓfEε*

*⟨Senis⟩] Sophoclen dicit (*Γ(rb)E*

*⟨Alti⟩] Euripiden dicit (*Γ(rb)E*

57. *Afranius togatas comoedias scripsit, hoc est Latinas; nam Graecae palliatae dicebantur (*Γ(γf)αb*

Afranius in libris suis Menandri stilum secutus est, [et] ideo toga illius dicitur ei conuenisse [idest stilus] (*Γ f ε V*

58. Epicharmus antiquus comicus Siciliensium erat (*Γ E V*

61. ⟨Hos ediscit⟩] Idest antiquiores: Neuium, Sophoclen, Euripidem, Afranium, Epicharmum, discit Roma in scolis et admiratur in theatris, despiciens iuniores, licet ipsi praecellant (*Γ f ε V*

62. Liuius antiquissimus poeta fuit Andronicus, qui primus comoedias scripsit (*ΓαbV*

2 posſs *α* = possunt 4 pit:] |agoras *b* 6 pytagorę *rb* phitagore *f* pitagorę *γ* pitagore *α* ad se //// se dixit *b* ad se dixit *f* 7 nil *αf* 12 accius *γfE*] actius *rε* 14 -em *bE* 15 -em *bE* 17 *cf. schol. Iuuen.* 1, 3: Togatae sunt comoediae Latinae, quales Afranius fecit, palliatae Graecae 19 et *rfε om. γV* illius] *om. V* idest stilus *fε, om. cett.* 21 erat *V*] *om. cett.* 23 idest V\ om. cett. *sophoclen V sophoclem rfε* sofoclen *γ* 26 ipsi *rfε V*\ illi *γ*

u. 63—123 DEFICIT cod. b

67. Ordo: etsi fatetur multa eos ignaue dicere (*Γα V*

68. Iouem imitatur in suo iudicio recte iudicans reprehendendo ueteres, qui multa turpiter et obscure dixerunt (*Γ V*

69. Leuius autem fuit poeta lyricus ante Horatium nullius momenti; alias 'Neui', sed uerum est 'Leui' (*Γα V*

70. Excusat se dicens, quod non propter inuidiam talia loquatur de ueteribus poetis. Non censeo, inquit, Liuii carmina delenda, quae quondam mihi dictabat s⟨a⟩euus [Orbilius] magister, sed indignor et miror praeferri illa quasi emendata nihilque distantia a perfectis carminibus, cum sint adhuc mendosa (*Γε V*

71. Per transitum carpit Orbilium ludi magistrum. Eleganter autem ostendit uel librariis ueteres libros necessarios (*Γα V*

74. Idest propter unum uersum uel duos totum poema pretium facit (*Γf E V*

76. In antiquis, inquit, si aliquid inhonestum uiderint, potius laudant, quam damnant; meum uero, quamquam honestum, propter nouitatem reprehendunt (*Γ(γε)V; in r scholion ipsum abscissum, nota intacta remansit*

79. Hoc est: in scenam recepta sit, ubi flores sparguntur, uel quia est Attae fabula, quae Matertera inscribitur, in qua flores enumerat (*Γα V*

⟨Attae⟩] Antiqui poetae ((*Γα E V*

*Atta ⟨tog⟩atarum scriptor tragoediarum et comoediarum fuit antiquus, qui in suis dictis ita florum genera

1 ordo *Γα*] ordo est *V* 5 liuius autem poeta fuit ante horatium liricus *V* poeta autem fuit liricus ante horacium nullius nominis *α* fuit autem poeta lyricus (lir: *γ*) ante horatium (homerum *γ*) nullius momenti, alias neui, sed uerum (uerius *r*) est leui *Γ* 9 liuii carmina delenda *V*] del: c: l: *Γε* 10 orbilius *rε om. γ V* 12 adhuc *γε*] *om. r* ad hoc *V* *23 matertera α pr. Porph.*] ma////ra r materterra α *corr.* mater *terra γ natera V* 25 antiquus poeta V, *idem hoc schol. coniungit cum antecedente* 26 tog *in ε euanuit, in r abscissum*

repetit et numerat, ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem (*Γ(rε) ex Porph.*

80. Sensus ex superioribus pendet: si dubitem, inquit, de merito Attae, et cum Aesopum et Roscium coner reprehendere, exclament, inquit, patres (*Pers.* 5, 103. 104) 'frontem perisse de rebus', quia nihil rectum putant, nisi quod placet ipsis (*ΓαfV*

82. *⟨A⟩esopus et Roscius antiquissimi comici fuerunt (*Γε*

84. Dicit idcirco senes iuniores despicere, uel quia nolunt et turpe uidetur eis iunioribus oboedire uel quia, quod in infantia didicerunt, secum semper retinere uelint (*ΓεV*

86. *[Numa Saliare carmen composuit.] Quod Salii cantabant. Salii dicebantur, qui circa aras canendo saliebant (*ΓαfE*

88. Non tantum, inquit, laudat antiquos cum amore, quantum nos et nostra uituperat cum inuidia (*ΓfεV*

91. Idest quid ad nostra tempora perueniret? Scilicet nihil (*εV*

Idest si numquam noui fuissent, numquam fuissent ueteres, quia nihil uetus, quod non sit prius nouum (*ΓεV*

92. Vtique apud antiquos, quae erant uetera, quamdiu noua fuerunt, si ideo displicuissent, non seruarentur recepta in auctoritatem (*V*

*Vtique, quae nunc uetera, fuerunt noua. Quae si ideo displicuissent tunc, quia noua fuerant, non seruarentur recepta in auctoritatem (*Γα bis f*

3 *hoc schol. sil. om. Pauly et Hauthal* 4 de — cum] *om. V* 6 nil *r* 7 placet ipsis *V*] ipsis placet *cett.* 10 iuniores despicere *γ*] despicere iuniores *rε* iuuenes despicere *V* uel] *om. r* 11 uidetur eis] eis uidetur *V* iunioribus oboedire *εV*] iunioribus obedire *γ* obędire iunioribus *r* uel quia — uelint *om. r* quia quod *εV*] quod *γ* 14 numa — composuit *α*, *om. cett.* 15 saliendo cantabant *α* 19 scilicet *K.*] si *ε* s, = sed *V* 21 idest Γε] om. V noui fuissent *rεV*] *fuissent noui γ* fuissent ueteres] essent uet: *rε* 22 *quia — nouum*] *om. V*

93. Hic ostendit, quod fuerit initium poeticae professionis, et dicit: quamdiu habuerunt Graeci bella, non studebant ludis; cessantibus autem proeliis ludos inuenerunt diuersos otiositati uacantes, inter quos etiam artem poeticam (*Γε V*

97. Coepit amare picturam, in quam intenderet uultus et mentes hominis (*ΓV*

99. Ita lasciuiebat, inquit, per diuersos ludos, sicut puella solet sub nutrice lasciuire (*Γfε V*

100. ⟨Reliquit⟩] Vt alibi (*art. poet.* 165):

Et amata relinquere pernix (*ΓαfV*

101. Ostendit nil nos amare uel odisse, quod non satietate mutetur (*Γfε V*

103. De Graecorum moribus transit ad consuetudinem Romanorum, qui, antequam coepissent lasciuire et poetriae studere, primo mane domum aperiebant uigilantes ad opus aliquod, soliti clientibus, idest minoribus amicis, praecepta dare, quo maiorum amicorum amicitiam colerent, et largiri cautos nummos congruis personis et aliis bonis studiis intendere. Sed cupiditas et leuitas mutauit eorum animos, ut intermissis aliis studiis tantummodo poetriae intenderent (*Γε V*

107. *⟨Damnosa⟩] Epitheton proprium libidinis (*Γαf*

110. *⟨Fronde⟩] Hedera; haec enim arbor est poetarum (*Γαf*

111. *⟨Ipse ego⟩] Satyrice nec sibi parcit (*Γαf ex Porph.*

2 greci habuerunt *V* 3 studebant] studuerunt *rε* inuenerunt] adinuenerunt *ε* 5 poeticam] poetriam *V* 7 et mentes hominis] hominis et mentes *V* 12 nos nil *V* 14 consuetudines *rε* 15 poetriae *r*] poetrie *V* poeticae *γ*, *sed cf. fin. schol.*; *ε euanuit* 17 dare p̄cepta *V* 18 quo *ε*] quorum *ΓV* 20 *mutauit* eorum animos *γε*] animos eorum mutauit V *mutauit animos* eorum *r* 21 tantummodo] om. V

*Dicit ergo tanto studio se teneri poetriae, ut publice quidem mentiretur se uersus non componere, rediens autem domum ante solis ortum tabellam arripere⟨t⟩ (*Γ(rf)Eε*

112. Mendaces Parthi dicuntur ob id, quod datis indutiis Crasso rupto foedere subito adorti sunt et eum peremerunt (*ΓαfV*

113. *⟨Scrinia⟩] Capsas, in quibus scripta reponuntur (*Γαε ex Porph.*

114. *Persius (5, 102—104):

> Nauem si poscat sibi peronatus arator
> Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse
> Frontem de rebus (*Γαf*

*Persius (5, 100. 101):

> Diluis elleborum, certo compescere puncto
> Ignarus: uetat hoc natura medendi (*Γαf*

Hoc contra eos, qui ignari artis poetae uolunt haberi; et dicit, quia, cum alii propriis studiis contenti sint nec audeant inchoare uel appetere, quod ignorant, ad studium poetriae etiam, qui artem ignorant, audent se conferre (*ΓV*

117. *Vt in arte poetica (*u.* 382):

> Qui nescit uersus, tamen audet fingere (*ΓαfE*

119. Non facile, inquit, auarum poetam reperies (*ΓαεV ex Porph.*

121. Doçet, quomodo possit discerni bonus poeta a falso, seruans bonum ordinem secundum laudis praecepta,

3 arriperet *K.*] adripiat *Hauthal* arripere *rfE*, *ε euan.* 4 Parthi mendaces *V* id] hoc *V* 5 indutiis *r*] induciis *fV* indiciis *γα* ut eum perimerent *V* 10 nauem *r Persius*] nauim *γ* nā uī *f* naues *α* si poscat sibi *Persius*] si poscat *γ* sibi poscat *αf* sibi si poscat *r* peronatus *rα*] personatus *γf* *Persii P* 15 ignarus *rαf*] hignarus *γ* nescius examen Persius *16 haberi*] uideri *V* 19 ignorant *rV*] ignorent *γ* *22 reperies αεV cons. Porph.*] inuenies Γ 24 doçet] dicit *V*

dum ostendit, quibus malis carere debeat, et sic uenit ad ea bona, quae habere debet (*ΓεV ex Porph.*

Ridet (*V*)] Idest pro nihilo deputat, nihil curans dampni, si ei nuntiatum fuerit (*ΓfEV*

123. *Siliquis] Leguminibus (*ΓαfE*

*⟨Pane secundo⟩] Idest uiliore, qui fit ex cantabro (*r*

*⟨Secundo⟩] Non siligneo, non primo, non ultimo (*ΓαbfE*

126. *Persius (1, 35):

Et tenero subplantat uerba palato (*Γαbf*

133. Ostendit utilitatem magnam a poetis urbi inferri, quia ipsi componunt carmina, quibus dii placantur per ora puerorum et puellarum, sicut est istius Saeculare Carmen, quod pueri et puellae cantauerunt in Capitolio. Quae carmina ditirambica uel poema uocantur; ac per hoc, quod pueri et uirgines a diis impetrant pro statu rei publicae, asscribendum est poetae, qui carmina componit. Antiquitus enim et pueris et puellis praecipiebatur cantare carmen, ut aetas innocentior deos placaret (*ΓV*

*⟨Preces⟩] Hymnos uersibus compositos (*ΓbfE*

136. *Maro (*georg.* III 539. 540) de morbis:

Timidi dammae ceruique fugaces
Nunc interque canes et circum tecta uagantur

(*Γ α b f*

142. *'Pueris' filiis, ut (*Verg. Aen.* VI 832):

Ne pueri, ne tanta animis a. b.

aut 'pueris' uernis dixit (*Γαbf*

1 malis Γ *Porph.*] *defic.* ε maculis *V* 3 nihil — fuerit *V*] *om. cett.* 4 nunciatum *V* 8 siligneo γα] siligineo *r E* silligineo *b* sigilineo *f* non ultimo] ℓ ultimo γ 11 *subplantat bf*] supplantat Γ supplantet α 13 quia] qui *V* 14 *ora — per*] *om. V propter homoeoteleuton* 19 enim et] *enim V* 20 cantare carmen *rV*] carmen cantare γ

144. Qui enim Genio indulgent, memores sunt breuis aetatis (*Γ(γε)V ex Porph.*

145. Per hunc, inquit, morem ueterum agricolarum inuenta sunt etiam Fescennina, in quibus exprimebantur iocosa conuicia. Dicta sunt autem Fescennina ab oppido, unde primum processerunt (*ΓεV ex Porph.*

Ostendit ergo, quia, sicut antiquitus dii sacrificiis placabantur, ita modo carminibus (*ΓεV*

148. Dicit, quia tamdiu amabiliter tragoediae et com⟨o⟩ediae et Fescennina carmina cucurrerunt, donec ipsa libertas in uitium uerteretur publice et nominatim aliorum uitia carpendo; sed indignati non solum illi, qui lacessebantur detractionibus, uerum etiam, quibus ingratum erat nobilibus personis contumeliam inferri, lege constituerunt, ut nemo nominatim alicuius uitium recitaret; quod siquis poetarum egisset, fustibus c⟨a⟩ederetur (*ΓV sim. Porph.*

149. De com⟨o⟩edia dicit Attica, quae ante mordax fuit sub Polemone comico apud Athenienses, sed postea ad Romanos comicos transitum fecit (*ΓαbfV*

154. Fustis (*V*)] Non puto 'crucis' dici, quippe de ingenuis † sed p⟨a⟩ene uel a canibus tractum est: nam cum fustes metuunt, a morsibus abstinent (*ΓαbfV*

Quia fustuario multabantur auctores infamium carminum (*ΓεV ex Porph.*

156 *sqq.* Volens ostendere, quomodo plenius Latini artes coepissent exercere, dicit, quia Graecia capta militari

1 br: aet:] uitae breuitatis *ε* 5 conuicia *ε1 ut uid. Porph.*] conuiuia *Γε2V* 6 processerunt *Γε Porph.*] processerant *V* 9 tragoediae — uitium] *om. r* 10 carmina] *om. V* cucurrerunt] cucurrerant *V* 13 lacessebantur *γ*] lacessabantur *V* lacessiebantur *r* ingratum — inferri] contumelia non inferebatur nobiles *r* 14 lege] *om. V* 18 |edia *b* 19 polemone *γα*] |emone *b* palemone *rfV* 20 fecit] facit *V* fuit *f*; *totum schol. sil. om. Pauly et Hauthal* 22 de ingenuis *sumebatur uel sumenda* erat poena; *susp.* K. 23 abstinent *se V* 24 *cedebantur* fustis *r*

uirtute Romanorum cepit postmodum arte liberalium studiorum ferum uictorem suum, Romanum scilicet populum, et intulit artes [liberales] agresti Latio (ΓV

158. 'Defluxit' mollius coepit fluere aut desiit fluere hoc uirus graue, 'numerus Saturnius', hoc est uetus carmen Italiae; Saturnia enim Italia dicta est.

'Graue uirus' morum ueterum et carminum, hoc est poesis, quae erat Saturni temporibus (ΓαbfEV

Saturnium uocatur metrum, quo usi sunt Latini ueteres sub Saturno rege et postea longo tempore; quod horridum est, idest non bene compositum. Dicit autem, quod statim ut c⟨o⟩eperunt habundare diuitiis et mundiciis, cessauit illud metrum incomptum, et graue uirus mundiciae pepulere, idest liberales artes assiduo studio excultae, sed adhuc uestigia rusticitatis in Latina lingua manent (Γ(rε)V *cons.* F

⟨Graue uirus⟩] Metrum noxium, quo persequebantur poetae (rV

160. Ideo non potuit uitare rusticitatem (αεV

162. Ostendit, quod post destructam Africam Romani coeperunt poetriam exercere (ΓV

164. [Dicit, quod, postquam legerunt libros Graecorum (gc:), caeperunt eos transferre (V

166. Poetae Romani satis audent altam materiam comprehendere, sed turpem putant lituram [longam]; et haec est causa, cur ingenia bona Latinorum ad perfectum uenire non possint (ΓαbV

1 cęperit V 2 ferum] *om.* V 3 liberales γ *om.* rV 5 uirus graue *K.*] uig̃ r in g̃ γ ing̃ αV ingrecis f |is b 6 dicta est Γαbf] dilecta V 7 graue u:] *om.* αbf 8 temporibus rfE] temporis γ tempori V tempore b 10 rege] *om.* r 12 quod] quia r statim] mox r coeperunt habundare] habundauerunt r 13 ac ε graue — manent] *deficit* V 20 destructam γV] deuictam r 21 cęperint V 24 audent *altam* (*alteram* bf) rbf] audent at tam α altam (alteram V) *audent* γV 25 longam r, om. γ αV, obsc. b 27 possunt rV] *possunt* γαb

167. Hoc uitium de omnibus poetis in commune processit, quod omnes poetae carmina sua scripta incorrecta dimittebant (*V*

168. *Quoniam de communibus rebus comoedia loquitur, ut in arte poetica (*u.* 240):

Ex noto fictum carmen sequar (*Γbf*

*Yperbaton. Creditur comoedia minimum habere sudoris, quaeris, de quibus (*leg.* quia res) ex medio accersit (*Γαbf*

170. Quanto ⟨ueniae minus⟩ (*V*)] Nulli parcit, quoniam omnium uitia carpit (*V*

*Hortatur lectorem, ut studiose consideret, quomodo Plautus discurrat per comoediam disputando de pueris ephebis, de patribus (*Γ*

172. *⟨Lenonis⟩] Conciliatoris *stupri (*ΓfE*

173. *⟨Quantus sit⟩] Scilicet 'aspice'; *ἀπὸ κοινοῦ* (*Γαf*

*⟨Dossennus⟩] Atella⟨na⟩rum scriptor (*Γabf*

*Persona comica (*Γ(rε)*

Parasiti uocantur, qui qu⟨a⟩estu gulae dominis fauent, idest adulantur (*ΓV*

175. Magis enim lucrum quam laudem uult adipisci ex sua comoedia; ac per hoc non honeste, ut deceret, multi carmina scribunt, non curant, quid eueniat, postquam lucrum inde perceperint (*ΓV*

*⟨Gestit⟩] Plautus siue Dossennus (*Γabf*

177. Transit ad gloriosum poetam, qui, si non laudetur, et animum et artem abicit; qui laudari se uidens fit temerarius ac tumescit, spectatorem uero lentum ad laudandum se uidens tristatur (*ΓV*

1 uicium *V* 10 uicia *V* 15 apo koiniu *r* opo κοιπδ *γ* Λροκοιμδ *α om. f* 19 questui gulae fauent *τ* 20 idest *V*⟩ *et r om. γ* 22 *ut* — perceperint Γ⟩ om. V 28 spect.: — *tristatur] om. V*

180. *⟨Res ludicra⟩] Iocularis fabula (Γ(rf)

181. [Si propter palm⟨a⟩e folia macer sum (marcessum V) uel opimus, pereat com⟨o⟩edia, si laus propter illam capta animum extollit, negata affligit (V

182. Ostendit, quia, dum poetae carmina recitarent in scena, ad tres uel quattuor horas populus intentus erat; post uero uulgaris populus, qui plus delectatur ludis quam carminibus, exorabat magistros bestiarum, ut adducerent in theatrum aut ursum aut leonem aut elephantem album aut pantheram. Insuper etiam nobiliores aliqui ad eosdem ludos se conuertebant sicque praecipiebatur recitatio carminum cessare, quae res non parum turbabat poetas, dum illorum carmina contemnerentur (Γα V

186. *Vt Terentius (*hecyr. prol.* 25 *sq.*):

Pugil⟨um⟩ gloria funambuli Γ(γα)

190. *Hoc est: dum pyrricha populus delectatur (Γα

192. 'Esseda' Gallorum uehicula sunt, quibus uicti reges [ab aliis regibus] uehuntur captiui; 'pilenta', quibus uehuntur reginae captiuae; 'petorrita' uehicula familiarum captiuarum, quae omnia ad spectaculum adducebantur; 'naues' quoque deuectae per Tiberim, qui non longe aberat a theatro; 'ebur' quoque 'captiuum' et uasa Corinthia captiua (Γα V *sim. Porph.*

In Corintho multa simulacra erant, quorum metalla in unum sunt redacta, dum eam Romani incendio cremassent; ex quo postea multa uasa fabricata sunt, ut possent transire in pompa[m] triumphi (Γα V *sim. Porph.*

7 plus γV] potius *r* pocius α 9 elefantem *r*α 10 panthiam *V* 12 cessari *r*α 13 contemnerentur γα] contempneretur *V* contempnebantur *r* 19 uehicula sunt fam: *V* familiarum γα *V cons. Porph.*] famularum *r* 20 adducebantur α *V*] ducebantur Γ 21 deuectae K.] deuictae Γ deuicte *V* deuincte α 22 a Γα] om. V 24 erant simulachra *r* 27 pompa *K. cum Porph.*] pompam ΓαV

193. ⟨Corinthos⟩] Aes Corinthium significat, aut quoniam praetextae argumenta habent de euersione Corinthi (*Γαbf V*

*⟨Corinthos⟩] Opes Corinthi (*Γαb*

194. Democritus philosophus omnia, quae homines facerent, quippe morituri, ridere consueuerat. Propter quod publice cum eo iniuriarum actum est (*Γαbf V*

*⟨Rideret Democritus⟩] Iuuenalis (10, 33. 34) [dicit]:

> Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
> Democritus (*r bis*

195. *⟨Confusa . . . panthera camelo⟩] Vnde camelopardalus (*Γb*

Ordo [est uerborum]: si foret Democritus in terris, rideret, seu conuerteret ora uulgi panthera confusa camelo, diuersum genus, siue conuerteret ora uulgi albus elephas, et spectaret ipse Democritus populum attentius ipsis ludis, idest plus quam ipsos ludos, utpote praebentem sibi spectacula plura mimo aliquo. Scriptores autem putaret narrare fabulam surdo asello. Et est sensus: si adforet Democritus praesens, dum populus carmina contempnens ludis intendit, tunc rideret non tam ludis scenicis delectans quam ipsius populi uanitate, in qua omni mimo et suauius et maius spectaculum reperiret. Panthera autem dispari sexu procreatur ex panthera et camelo (*cons. f*), sicut leopardus ex parda et leone, quod monstruosum est, sicut et elephantem album uidere, cum naturaliter niger sit (*Γ α V*

202. Quando, inquit, uoces uulgi uincunt uoces reci-

2 quoniam *αbf V*] qui *r om. γ, uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 118 euersione] conuersione *bV* 7 publice] *om. bf* 9 dicit] *om. r alt. loco* 14 est uerborum *γα*] uerborum est *r om. V* 16 siue *γα V*] seu *r* elefas *γ* elephans *α* 19 plura *r*] plurima *γα V* mimo] mimio *α* 20 adforet *γ*] *afforet rα V* 22 ludis *rα Porph.*] lalibus V laudibus *γ* 29 *recitantum V*] recitantium *γ*

tantum in scena, fit tantus strepitus per theatra, ut putes per fragorem resonare montes Apuliae et Gargani siluas et mare Tuscum; quod solet ualidius fieri mense Ianuario (*γ V*

204. ⟨Oblitus⟩] [Idest] undique sono perfusus et tumultu et admiratione bestiarum (*Γbf V*

206. Loquitur ex persona eorum, qui recedentes a pulpito ad ludos ierant iterumque reuertentes requirunt, utrum poeta aliquid boni uel noui dixerit, et ille: nihil boni (*Γαbf V*

207. *Violacium et purpureum colorem (*r*

208. Sensus est: ne forte putes me uituperare, quod alii faciunt comoediam et tragoediam, quia recuso facere, dicam tibi, quia ille poeta uidetur mihi bonus esse et rem difficilem aggredi posse et quasi per funiambuli ⟨rest⟩im discurrere, qui etiam potestate carminis de inani re moderatur affectus animi mei (*cons. Porph.*), ut aliquid scribens nunc constringat animum ad dolorem, prouocet ad fortia, mulceat iterum, nunc terreat et quasi magus promittat se agere magna, uidelicet ut describens locum Thebarum uel Athenarum uideatur mihi me statim huc transferre (*Γαbf V*

209. *⟨Maligne⟩] Hoc est: sic laudare, ut carpam (*Γαb*

216. Potest hoc intellegi (*Verg. Aen* VI 662):

Quique pii uates et Phoebo digna locuti (*ΓαbV*

217. ⟨Calcar⟩] Stimulum et irritamentum carminis scribendi (*ΓαbfE V*

2 sonare *γ* 5 idest *Γ om. f V* alit̄ *b* 8 requ:] inquirunt *r* 9 utrum] an *r* et — boni *rαV*] *om. γbf* nihil] nil *r* 12 est] *om. rV* 15 funambulum *Γα* funiambulam *V* fanambulam *f* |ulum *b* funiambuli restim *suspic. K.* 17 *moderatur rαbf Porph.*] moderatus *γV* 20 magna] *magica Fabric.* 25 potest *γαb*] post *rV* 27 carminis scr. *γαbE*] *scribendi* carminis *V* carminis *rf*

219. Satyrice nec sibi parcit dicens se agere, quod in aliis culpat (*ΓfE V cf. schol. u.* 111

Ostendit culpam, quare illorum carmina efficerentur uilia, uidelicet quia Augusto in aliis occupato inportune offerrent, uel etiam quia reprehensionem amicorum insererent (*Γα V*

Hoc est: ut ipse me detraham; prouerbium enim in eo⟨s⟩ sumptum tale est, qui ipsi sibi uolentes nocent (*Γα b f V*

224. Facimus item uilia carmina nostra, cum speramus uenturum esse tempus, ut statim, quo cognoueris nos [bona] fingere carmina, prorsus euoces et dites muneribus (*Γα V*

228. *Discretio inter accerso et arcesso h⟨a⟩ec est: accerso scilicet uoco, et uenit a uerbo quod est accio accis, quod quartae coniugationis; arcesso idem significat, quod et primitiuum eius, a quo deriuatur, idest arceo. Sed secundum Priscianum (I *p.* 35 *H.*) arcesso uenit ab arcio, quod nunc dicimus accio, et est compositum ex ad et cio, quod est uoco, quia antiqui ar pro ad dicebant (*E cons. edit.*

229. *Dignum est, ut cognoscamus, quis poetarum dignus sit conscribere facta tua, quae non sunt committenda turpi poetae (*Γα b f E ε*

230. *⟨Aedituos⟩] Custodes ac per hoc uates, poetas, alii sacerdotes (*Γ(r b) f*

233. Choerilus poeta gesta Alexandri Magni describens, licet in tanto opere non amplius quam VII uersus probos composuisset, tamen pro singulis singulos Philip-

1 satyrice *r f*] satirice *γ E V* 4 uidelicet quia *γ*] quia uidelicet *r* uidelicet *V* 7 me *Γ α b f V*] mihi *Porph.* 8 ipsi *r*] ipsis *γ α b f V* uolentes (uolentis *V*) nocent *γ α V*] nocent *b f* nocent uolentes *r* 10 item *γ V*] ite *α om. r* nostra *r α*] *om. γ V* 11 quo] qui *V* 12 bona *r α*] *om. γ V* euoces *γ α V*] uoces *r* 16 quod *E* quod est edit. et commentator *Cruquianus* 23 tua facta *α b f E* 27 (choerilus ε) 29 tamen *pro*] *om. γ*

peos, idest nummos aureos, accepit, et est sensus: si, inquit, malus poeta ita remuneratus est, quanto magis boni remunerandi sunt a te, o Auguste (*ΓαεV*

234. *'Acceptos Philippos' nummos scilicet, qui Philippi uultu signati essent (*ΓabfE*

236. Sicut, inquit, atramenta polluunt, quodcumque contigerint, ita mali poetae res splendidiores obscurant sordibus ingenii sui (*ΓαεV ex Porph.*

237. Dicit errasse regem in poetis tantum, ceterum in pictoribus diligentissimum fuisse, ut nemini permitteret se pingere [coloribus] nisi Apellen et sculpere in aere nisi Lysippum (*ΓαεV*

240. *Alius Lysippo, hoc est: alius quam Lysippus, et est noua locutio (*Γab*

244. *Boeoti hebetes sunt habiti, quasi *βοῶν ὦτα ἔχοντες* (*Γabf*

*Quia in crassiore aere nati tardioris sunt ingenii (*r*

245. Ordo: at dilecti tibi Virgilius Variusque neque dedecorant (*ΓabfV*

DEFICIT cod. γ

246. Multa cum laude decies tulerunt, propterea quia iam singulis his donauerat Augustus decies sestertium (*Γ(rα)bfV*

252. 253. ⟨Arces montibus impositas⟩] Hoc est: quae cum montibus impositae essent, tamen a te captae sunt (*Γ(rα)fV*

260. Sensus: imperitus laudator, dum nimium studiose laudat, magis uulnerat et atterit gloriam, praesertim

6 quodcumque *rαεV Porph.*] quicquid *γ* 7 splendidiores *γV*] splendidas *rαε* splendidissimas *Porph.* 8 sordibus *ingenii sui rε Porph.*] sordidis ingeniis V sardibus ingeniis *α* *sordiis ingeniis γ* 11 coloribus *rα* om. *γV* 15 *βοῶν ὦτα ἔχ. om. b* 18 ordo *Γabf*] ordo est V

si malus poeta uersibus laudet; plus autem meminit, quod quis ridiculum legerit, quam quod fuerit admiratus; ut malus pictor magis deformat pingendo praue et quasi ornando ($\Gamma(r\alpha)bfV$

265. *'Cereus' pictus; noue dixit ($\Gamma(r\alpha)bfE$

EPIST. 2

1. Florus irascebatur Horatio, quod eius epistolam non acciperet. Excusat se apud eum Horatius, quoniam non promiserit, et ait iniuste eum irasci, qui exigat non promissa, carmina autem ideo se non mittere, quia philosophari coeperit ($\Gamma(rb)fV$ *sim.* α

8. Quidam 'imitabitur' legunt, quod est a puero alienum. Melius ergo legimus 'imitaberis', idest tam se⟨cundi⟩ ingenii est, ut flectas eum, quo uelis, tamquam argillam udam; et in ueteribus exemplaribus 'imitaberis' legitur ($\Gamma(r\alpha)bfV$

12. *⟨Meo sum pauper in aere⟩] Hoc est: nil debeo ($\Gamma(r\alpha)bfE$

14. *Fugitiuum simpliciter ac lenissime confitetur ($\Gamma(r\alpha)bf$

*'Cessauit' moram fecit, ut (*Persius* 5, 127):

Cessas nugator ($\Gamma(r\alpha)bf$

15. *Non 'latuit in scalis', sed 'metuens habenae pendentis in scalis' secundum morem Romanorum, qui

1 laudet αV] laudat *rf, absc. b* 2 quam quod *f*] quam pro (fuerit) α quamquam *r* tamquam *V* quē quā *b* 9 promiserit αfV] promiserat *r absc. b* et ait *rbf*] ait α etiā *V* 10 coeperit philosophari *f* 13 tam secundi *K.*] tam se *rbV* tanti *f* talis α *et edit.; in r post* se *duarum litterarum spatium uacuum relictum est, unde in* Γ *olim fuisse* scĕi *coniecerim.* *14 ingenii est rαf cons. b*] ingeniū *V ut uid.* ingenii es *edit.* *24 (pe)ndentis — incutiendum*] *absciss. r*

seruos suspensos ad trabes flagellabant et in media domo ad timorem incutiendum habena pendebat (Γ(rα)bf

*⟨Habenae⟩] Flagelli (Γ(rf)

19. Interrogatiue, ut sit 'nempe dixi', et nunc ita se ait fecisse, ut eum, qui puerum uendidit (Γ(rα)bfV

25. 'Mendax' ad utrumque referri potest (Γ(rα)bfV

26. *Hoc exemplo ostendit se primum dispendio rei familiaris coactum, post inuitatum donis ad scribendum. Actum est bello, quod gessit Lucullus consul cum Mithridate, rege Pontico, cuius milites primum necessitate compulsi coeperunt praedari, postea uero donis et muneribus sunt prouocati. Qui quadam nocte dum dormirent, saginas eorum et uiatica omnia perdiderunt. Tunc coacti uiriliter expugnauerunt quoddam praesidium, ubi erant thesauri Mithridatis (Γ(rα)

Competenti iocatur exemplo, quasi ipse paupertate compulsus scripserit carmina (Γ(rα)bV

28. ⟨Vehemens l.⟩] Hoc est: nec sibi parsurus nec hosti (Γ(rα)fV

*Vt Maro (*Aen.* II 355. 356):

Lupi ceu
Raptores a. i. n. (Γ(rα)bf

32. ⟨Donis⟩] Militaribus ornamentis et nihilominus pecunia (Γ(rα)bfV

34. ⟨Praetor⟩] Pro imperatore; significat autem Lucullum (Γ(rα)bfV

40. Ex Graeca fabula fictum de athleta, qui follem perdiderat (Γ(rα)bV

*⟨Zonam⟩] Byrsam (α

41. *Horatius Venusinus fuit aut Apulus, sed Romae ad tempus instructus est. Deinde uero perrexit Athenas,

5 ut eum — uendidit] *om.* V 6 potest referri V
12 *dum r]* cum α 16 competenti — scripserit] *om.* V
21 *lupi] om.* b 22 a. i. n. f] a. i. p. α om. rb 25 significat
— *luc:] om.* b 31 ad tempus ε] om. αf

matrem litterarum, ubi ethicam, idest moralem, didicit reuoluens Platonis libros. Ab illo studio secutus est partes Bruti, quo fugato ab Augusto Horatius cum aliis proscriptus est, idest hereditate priuatus, ac necessitate compulsus contulit se ad studium pristinum $(\Gamma(r\alpha)\varepsilon$

45. Academus aput Athenas porticum extruxit; inde porticus Academia et ex ea Academici, quorum siluam iucunde dixit, quia ita qu⟨a⟩erunt uerum, ut idem negent inueniri posse, cum Stoicorum et Peripateticorum et Epicureorum stabilis sit adseueratio $(\Gamma(r\alpha)bfV$

47. Tyronem et ignarum. Euocatus enim a Bruto est per potentiam, quia tunc Achaiam et Athenas tenebat, etiam similitudine studiorum, cum esset celebri nomine in philsoophia $(\Gamma(r\alpha)fV$

49. Campi Thessaliae, ubi contra Brutum pugnauit Augustus $(\Gamma(r\alpha)bV$

50. *Hoc est: amissa dignitate, qua ante sublimis ferebar $(\Gamma(r\alpha)f$

53. Sensus: cum iam non egeam, insanio, si uersus facio, et cicuta curandus sum, nisi otium poeticae praefero $(\Gamma(r\alpha)fV$

57. Hoc est: facilitatem scribendi uel comitatem extorquere iam temptant $(\Gamma(r\alpha)bV$

60. Inde Bioneis (b)] Liuidis et amaris iocis, idest satyra. Sunt autem disputationes Bionis philosophi, quibus stultitiam uulgi arguit, cui p⟨a⟩ene consentiunt carmina Luciliana. Hic autem Bion, qui Sophistes cognominatus est in libro, quem edidit, mordacissimis salibus ea, quae apud poetas sunt, ita lacerauit, ut ne Homero quidem parceret $(\Gamma(r\alpha)bfV$

*⟨Bioneis⟩] Satyricis, amaris et asperis; Bion enim poeta satyricus fuit $(\Gamma(r\alpha)bfE$

2 illo $\alpha\varepsilon$] eo r bruti partes r 6 (aput α) 12 quia αfV] qua r 20 et cicuta — praefero] et ei cura (*sic*) V poeticae r] *poetice* α poetriae f 25 satyra rbf] satira αV *26 stulticiam* $r\alpha fV$ *euan.* b 31 satyr: E] satiricis $r\alpha bf$ *32 satyricus* rfE] satiricus α, *absc.* b

*⟨Sale nigro⟩] Amara iocularitate (α

65. Omissis aliis credis Romae posse carmina scribi inter tot curas occupationum? (Γ(rα)bV

REDIT cod. v

68. *⟨A⟩egrotat, ut superius (*serm.* I 9, 18):

Trans Tiberim longe cubat (Γ′(rαv)bfE

70. Humane (V)] Idest probe (Γ′(rαv)bEV

*Yronice (Γ(rb)fE

'Commoda' breuia, sed e contrario ostendit, quod magna sint (Γ′(rαv)bfV

72. Geruli sunt, qui portant ea, quae necessaria sunt ad fabricam (Γ′(rαv)bfEV

73. *⟨Torquet⟩] Trahit (r

*⟨Tignum⟩] Lignum materiale (Γ(rα)bf

76. *⟨I nunc⟩] Ironicos (Γ′(rαv)bf

77. *⟨Nemus⟩] Solitudinem (Γ′(rαv)bfE

79. *Hoc est: uis me alienis uerbis dictare? nam 'contacta' pro detritis et diuulgatis dixit, et me uis scribere, ut ad uates antiquos proxime accedam? (Γ′(rαv)bf

80. *⟨Contacta⟩] Ab aliis dicta (Γ′(rαv)bfE

81. *⟨Vacuas⟩] Otiosas, quietas (Γ′(rαv)bfE

83. *⟨Statua⟩] Insensibili re (Γ′(rαv)bfE

84. *⟨Hic⟩] Romae (Γ′(rαv)

87. *'Mucius' scilicet Sc⟨a⟩euola, amicus Ciceronis, qui primus iuris consultus apud ueteres scripsit (Γ′(rαv)

89. *⟨Gracchus⟩] Eximius orator (Γ′(rαv)bfE

8 yronice] yRONIKE *r* 9 e *vfV*] a *rb* as (*sic*) *α* 11 illa *f* ea *cett.* 13 *Inde ab hoc uersu scholia V in ultima pagina scripta uix legi possunt* 15 ironice *α* yronikos *r* yronicos *vb* yronicę *f* 17 alienis uerbis dictare *b*] alienis dicere *rαv* aliena dicere *f* 18 contacta] contracta *αb* *conta v* me] ita me *αb* 24 mucius — ciceronis] *om. r* mutius *v* 25 iurisconsultus edit.] iura consultus *rα* *iura consultis v*

*⟨Mucius⟩] Iurisconsultus (*Γ′(ραν)b*

90. *⟨Qui⟩] Quomodo (*Γ′(ραν)bfE*

*⟨Argutos⟩] Loquaces (*Γ′(ραν)bfE*

91. Nota, inquit, quod superbi incedamus, quasi non omnis aedes poetis plena sit. Item hoc ipsum aliter: nota, quod sollicite requiramus uel unam aedem uatibus uacuam. Aliter: aspice, quanto molimine requiramus locum certandi, quasi uix inueniatur aedes, in qua non illi recitant, quae sint digna nostris carminibus (*Γ′(ραν)fV*

Iam ponit uerba poetarum inuicem se laudantium. *Εἰρωνικῶς* (*Γ′(ρνb)V*

92. *⟨Opus⟩] Heroicum (*Γ′(ρνb)fE*

94. Idest ut negemus in templo Apollinis ullos poetas habere carmina (*Γ(rα)bfV*

98. Sensus: inuicem odiosi sumus fallendo nos et mala carmina praedicantes, et hoc sine fine facimus, ut Romani quondam pugnauere cum hostibus Samnitibus usque ad noctem. Vnde Ennius (*ann.* 172 *V.*):

Bellum, inquit,
Aequis de manibus nox intempesta diremit

(*Γ′(rνα)fV*

*Samnitae gens, quae in centesimo fere et trecesimo miliario ab urbe Roma est, qui medii sunt inter Picenum et Campaniam, uiles in praelio (p̄l:), ita nos in scribendis poematibus (*α mg.*

99. Puncto (*αb*)] Suffragio, iuxta legem tabellariam, ut alibi (*a. p.* 343):

Omne tulit punctum (*Γ′(ραν)bfV*

100.*⟨Callimachus⟩] Hic elegos scripsit (*Γ′(ραν)bfE*

5 item — nota] *euanuit V* item] *om.* α hoc ipsum aliter] *om.* ν aliter α 7 aliter] uel sic αν *euan. V* 11 ЄIPOIKOC *r* yronicos *νb V* 15 *utrum* sensus *an* sensus est *exhibuerit V non liquet* 16 facimus\ fac|||| V faciemus *edit.* 20 *diremit] deficit V* 27 ut — punctum\ *non liquet V*

102. *Multa patior, ne mihi irascantur poetae; sed tamdiu ab illis laudari me desidero, quamdiu ipse scribo; et hoc ex persona uitiosi poetae dicit (Γ′(rαν)

*⟨Fero⟩] Suffero (Γ′(rb)fE

104. *Non solum, inquit, laudabo aliorum carmina, ut ante feci, ut et mea laudarent, uerum obturabo aures meas cera, ne quem audiam recitantem. Tractum est hoc a sacerdotibus Martis, qui dum sacra celebrarent, cera obturabant aures, ne aliquo sono mens illorum inquietaretur (Γ′(rαν)b

105. *Quoniam nocere mihi non possunt, postquam desiero scribere (Γ′(rαν)bfE

108. *⟨Beati⟩] Quantum sibi ipsi . uideantur (Γ′(rαν)bfE

113. *Dicit, quia bonus poeta facto carmine diiudicat illud et uerba inhonesta et non bene posita audebit mutare et alia inserere, licet inuita recedant, quoniam ita sunt plerumque uerba composita, quae prima posueramus, ut etiam, cum praua sint, tamen composita nobis uidentur et per hoc inuita recedunt (ανF

⟨Verba mouere loco⟩] Delere, eximere, et seruauit metaphoram; nam censores notantes aliquem loco remouebant, idest ordine senatorum (Γ′(rαν)bEV

HINC PRORSVS DESINIT cod. V

114. *Hoc est: quasi sacrosancta scriptori uideantur et in libris pontificum sint (Γ′(rαν)bf

*⟨Penetralia Vestae⟩] Domus sacra; ipsa est dea ignis (r

*Ideo dicit Vest⟨a⟩e, quia non licuit simulacrum eius uideri a quoquam uiuente homine (f

5 carmina *ν*] carmen *Γα absc.b* 6 et mea laudarent *r*] laudarent mea *ανb* 7 est hoc *ν*] hoc est *α* est *rb* 9 *illorum ναb*] eorum *r* 21 delere — metaphoram] metafora; *tractum hoc* ab exercitu *ν* delere eximere\ euan.V eximere] *om. b* 25 scriptori — sint Γαb cons. f\ om. *ν*

115. *Verba, inquit, antiqua, si modo splendida et bona sint, rursus in usum reducet (*Γ′ (r α v) b f*

118. *⟨Situs⟩] Vetustas; Virgilius (*Aen.* VII 440):

Sed te uicta situ (*b f*

119. *⟨Adsciscet⟩] Producet (*Γ′(r v b)f E*

*Genitor] Pulchre dictum 'genitor usus' (*Γ′(r α v)b f E*

120. *⟨Liquidus⟩] Purus (*Γ′(r v f)b E*

122. *⟨L: c:⟩] Superflua, redundantia reprimet (*Γ′(r v b)α f E*

123. *⟨Leuabit⟩] Nitida efficiet (*Γ′(r α v)b f E*

*⟨Virtute calentia⟩] In usu posita (*Γ(r α)b f E*

124. *Quamuis ludere uideatur, tamen laborem ostendet (*Γ′(r α v)b*

*⟨Torquebitur⟩] Permutabitur, rotabitur (*Γ′(r α v)b f E*

*Sicut pantomimus mutatur, ita faciet poeta (*Γ′ (r α v) b f*

125. *Persius (5, 123):

Tres tantum ad numeros Satyri moueare Batilli

(*Γ′(r α v)b f*

*Figurata locutio: moueor illam rem, ut: frangor pedem (*Γ′(r α v)b E*

126. *Irridendo hoc ait. Ego quidem, inquit, eorum uitam praetulerim, qui non intellegunt uitia sua, his, qui sapiunt et emendatione torquentur, unde subnectit fabulam (*Γ′(r α v)b f*

128. *'Ringi' proprie canum est; est autem ringi ficto risu laetitiam simulare (*Γ′(r α v)b f E*

*⟨Ignobilis⟩] Hic Lycas dictus est (*Γ′(r α v)b f E*

1 sint et bona *b* sunt *f* 6 pulchre *v α f*] pulcre *r E* 14 permotabitur *E* 15 mutatur *K.*] imitatur *Γ′ α b f* 18 tres tantum *f et Persius*] litatam *r v om. α* satyri *v*] satiri *Γ α b f* 22 irr: — praet: *om. α* 24 unde subn:] unde subn: et *α b* ut et subn: *r* 26 ringi proprie c: e: *Γ cons. b* ringi proprie e: c: *f E* proprie autem canum est *ringi v* *est autem* — simulare] *om. r* est autem ringi] *om. v* 28 *lycas E*] licas *r α b f* licus *v* (lyclicas *r b*)

134. *Sicut Persius (6, 17) a contrario:

Et signum in uapida naso tetigisse lagoena

(Γ' (r α ν) b f

137. *⟨Meraco⟩] Vementi (Γ(r b)E

145. *⟨Quocirca⟩] Quapropter (r ν

146. *Secum loquitur quasi ad alium: si tibi, inquit, hydropis morbus dominaretur, statim narrares medico; nunc ergo cum tibi dominetur auaritia et cupiditas, numquid alicui confiteri audebis? Et si tibi esset herba ostensa aut radix utilis ad uulnus sanandum, postquam semel adhibitum haberes, si tibi non proficeret, numquid statim non abiceres illam? Cur igitur diuitias amas, quae sapientem et beatum facere non possunt? (r ν

151. *Interrogatiue: audisti, inquit, alicui propter pecuniam demptam fuisse stultitiam? (Γ'(r α ν) b f

152. ⟨*Rem⟩] Diuitias (Γ'(r α ν) f

153. *Si, inquit, cognosceres, quod, qui habundarit diuitiis, eo amplius sapientior erit, erubesceres, ut aliquis te esset ditior et per hoc sapientior (r ν

154. *⟨Vteris⟩] Increpatiue (Γ'(r α ν)

155. *'Prudentem' sapientem, unde Cicero:

Iure a maioribus nostris sapientia est prudentia [enim] dicta, quod porro uideat et futura diiudicet

(Γ (r α) b f

158. *Ordo est: si proprium est, quod quis libra mercatur et aere, et quaedam mancipat usus, si modo credis iuris consultis qui te pascit ager, tuus est, dicit, quia uineta et segetes, quae alii laborant quasi sua, si nos postea uinum et frumentum nostro pretio emimus, et

2 lagoena r b] lagena v f lagenę α 4 uementi b] uehementi r E 6 ad alium v] cum alio r 7 hydropis v] hydropus r narrares v] indicares r 9 confiteri v] fateri r 14 *inquit* alicui r] alicui inquit v b f 17 abundarit r habundaret v 18 eo r] et v 22 a maioribus K.] amatoribus *codd.* 25 est *post* ordo *exh.* r om. v absc. b 27 iureconsultus r

ipse usus emendi nostra facit esse, utique nostra sunt illa: et uineta et segetes secundum quendam modum legum, quae praecipiunt, ut unicuique sit proprium, quod pretio emit ($\Gamma'(r\nu b)$

159. *Si credis consultis (consultus *cod.*) uel legi[bu]s peritis, qui dicunt (dicit *cod.*), quia usus possessorem facit, †unde per quae annos et eo amplius fuerunt obsess⟨a⟩e (ν

*⟨Mancipat⟩] Mancipio accipit ($\Gamma'(r\alpha\nu)fE$

*Possessorem rei facit ($r\nu$

*⟨Nuper an olim⟩] Ante XV. dies uel ante XXX. annos (*gloss.* α

160. *Vilicus etiam, dum tibi praeparat, quae emas, tuus uilicus est, quamuis non tu, sed Orbius uideatur esse possessor ($r\nu$

161. *⟨Segetes occat⟩] Glebas occulcat, comminuit ($\Gamma'(r\alpha\nu)f$

162. *⟨Vuam⟩] Vinum ($r\nu$

*Non solum, inquit, per mancipationem proprietas adquiritur, et per usucaptionem. Tu cum emis fruges aut poma, uideris fundum eum usu capere, cuius bonis uteris, licet emptis: ergo puta eum proprium tuum esse, a cuius fructibus non es alienus ($\Gamma'(r\alpha\nu)fE$

163. *⟨Temeti⟩] Vini, unde et temulentus ($\Gamma'(r\alpha\nu)bfE$

166. *⟨Numerato⟩] Pretio illius agri, numero nummorum empto (*leg.* empti) ($\Gamma'(r\alpha\nu)$

1 sunt ν] sint r *euan.* b 3 unicuique sint quae r 4 pretio] *om.* b 10 possessorem fecit rei ν 13 emas r] emis ν 16 glebas] *om.* α occulcat α] occultat rf occultat ν comminuit] *om.* f 20 acquiritur ν usucaptionem $\alpha\nu$] usucapcionem r usurpacionem f usurpationem E 21 usu] *om.* $\nu\alpha$ 22 ergo — alienus] om. f ergo — eum] *computa enim* ν tuum proprium ν 26 numero — empto] *om.* $\nu\alpha$

168. *⟨Quamuis aliter putat⟩] Scilicet non empta comedere (*Γ′(rαν)*

170. Propositio, hoc est: sed ab illis finibus suum dicit (*Γ(rα)bE*

*⟨Populus⟩] Arbor (*Γ′(rνb)fE*

171. *⟨Tamquam⟩] Responsio (*Γ(rα)fE*

172. *Puncto] Morula (*gloss. ν*

174. *⟨Altera⟩] Alterius (*Γ′(rαν)*

178. *⟨Orcus⟩] Pluto (*Γ′(rνf)E*

180. *⟨Tyrrhena sigilla⟩] Marmoreas statuas; nam Italorum Tusci primi marmorea signa fecerunt (*Γ′(rνb)f*

182. *Quodsi uitae essent necessaria, haberent omnes (*Γ(rb)f*

183. *⟨Cessare⟩] In otio esse (*r*

184. *⟨Herodis⟩] Iudeorum rex fuit. Persius (5, 179. 180):

At cum
Herodis uenere dies (*Γ(rb)f*

⟨*Pinguibus⟩] Feracibus; palmetum, ubi palmae crescunt, sicut oliuetum, ubi oliuae (*Γ(rb)f*

185. *⟨Inportunus⟩] Scilicet sibi, aut pro assiduo dixit (*Γ′(rνb)fE*

186. *⟨Mitiget⟩] Edomet (*Γ(rf)E*

187. *Cur, inquit, diuersas uoluntates inter homines non curo? scit enim hoc genus quisertusis nostri (*fort. leg.* Genius qui sortis nostrae) dominus habetur et mortem affert unicuique, quare unus frater uult otiosus manere et alter non (*ν*

1 non empta *να*] inempta *r* 10 nam — fecerunt] quas italorum tusci primo habuerunt *ν* 11 marmore *r* 14 *DESINVNT schol. in cod. α* idest ocium habere *E* 15 *fuit — dies*] per cuius palmeta magnas diuitias significat *ν* *fuit r*] pessimus *f* 20 sicut — oliuae] om. f 21 scilicet] *om. rbE* aut — dixit] *om. ν*

*Ordo: Genius, deus humanae naturae comes, in unumquodque caput hominis uultu mutabilis, albus et ater, qui natale temperat astrum, scit, cur diuersi mores sint (*Γ*(*rb*)*f*

188. *⟨Mortalis⟩] Mortem inferens, uel cum eo simul moriens (*r*

189. *⟨Albus⟩] Prosper (*r*

*⟨Ater⟩] Aduersus (*r*

190. *⟨Vtar⟩] Sic Persius (6, 22):

Vtar ego, utar, et quae secuntur (*Γ*(*rf*)

195. *⟨Sumptum⟩] Expensam (*Γ*′(*rvE*)

197. *⟨Olim⟩] Quandoque (*r*

Quinquatria dies festi in honorem Mineruae, dicti ab eo, quod Galli hostes quinque diebus Romam tenuerunt, Mineruae ideo dicti, quia ingenio usi sunt Romani; nam clauis ornati senatores ante domos suas sederunt; et quinquatri dicti quasi quinque atri dies (*Γ*′(*rvb*)*fE*

198. *⟨Raptim⟩] Mire 'raptim', nam si diutius, luxuria est (*Γ*(*rb*)

199. *⟨Pauperies inmunda⟩] Auaritiam dicit, aut ut Maro (*Aen.* VI 276):

Et turpis egestas (*Γ*(*rb*)*f*

200. *Allegoria: utrum ex magnis reditibus an paruis uiuam, quia in utroque sum mutabilis (*Γ*(*rf*)

202. *⟨Non tamen aduersis⟩] Hoc est: non sumus felicissimi, sed nec miseri (*Γ*′(*rvb*)*f*

*'Abi' felix es, beatus es; et quasi duas personas inducit (*r*

205. *Quid inde, si non es auarus? numquid cum isto idcirco uitio recesserunt omnia uitia? non utique (*vf*

10 et — sec:] *om. f* secuntur r *mendose* 20 aut rb *ut uid.] om. f* 21 maro et rb] *om. f* 23 reditibus r1 *hereditatibus f* 30 non v non utique f

208. *⟨Terrores magicos⟩] Magorum (magnarum *cod.*), quibus solent terreri homines; magi (magni *cod.*) dicuntur a magnis rebus (*ν*

*⟨Sagas⟩] Maleficas (*Γ'(rνf)E*

209. *Lemures proprie sunt umbrae mortuorum, quae apparentes hominibus solent eos terrere, et dicti Lemures quasi Remules a Remo, cuius umbram frater suus Romulus cum placare uellet, posteaquam eum occidit, lenaria (*leg.* lemuria *cum Porph.*) instituit, idest parentelia (*leg.* parentalia), idest anniuersalia, quae mense Maio per triduum celebrantur (*νfE maximam partem ex Porph.*

*⟨Lemures⟩] Vmbras terribiles biothanatorum (*Γ(rb)*

210. *⟨Ignoscis⟩] Iucunde pro indulges, ut Maro (*georg.* III 96):

Nec turpi ignosce senectae (*r*

212. *Cum miraculo legendum 'quid', idest 'quantum' (*Γ(rf)*

213. *Si imperitus es, doctos uenerare, da locum et transitum praesta potioribus (*Γ(rf)*

216. *⟨Rideat⟩] Laceret, carpat, alii: plaudat (*Γ'(rbν)E*

8 postquam eum occidit *f* postquam occidit eum *E* 10 anniuersalia *K.*] uniuersalia *νfE* 11 celebrantur *νE*] celebrabantur *f* 12 terribiles biothanatorum *r*] *om. b* terribiles *βιοθάνατα commentator Cruquianus* bioth:] *βιοθάνατος = βιαιοθάνατος, uide E. A. Sophocles, Greek lexicon s. u. et stud. Vindobon.* 1901 *p.* 118 *sq. cf. gloss. b Hor. c.* III 9, 15: Pro quo bis patiar mori, si parcent puero fata superstiti] Idest biothanata fieri; *schol. Iuuen.* 3, 266: Biothanati non statim requiescere sinuntur nisi post centum annos

DE ARTE POETICA

LIBER

1. § Humano capiti ceruicem pictor equinam (*c*)] De inaequalitate operis loquitur et dat praeceptum scribendi poema; et primum praeceptum est de dispositione et conuenientia carminis. Scribit autem ad Pisones, uiros nobiles et disertos, ad patrem et filium, uel ut alii dicunt, ad fratres (*Γ′αbfVcζ*

§ Capiti (*Γ′αbCVcζ*)] Conparat poema, quod sine oeconomia sit, picturae eiusmodi, quae habeat ceruicem equinam cum forma humana et diuersorum animalium membra et pinnas, quae persona desinat in piscem (*Γ′αbCVcζ*

2. § Inducere (*αbVcζ*)] Idest inponere pennas uariis coloribus natura floridas uel uarias inducere plumas, idest diuersarum auium colores (*Γ′αbVcζ*

3. § Vndique (*cζ*)] Ex diuersis scilicet animalibus et multis. Praecipit poetam conuenientiam seruare debere (*Γ′bVcζ*

4 p̄cepta *α* 5 primum] prius *cζ* prioriū (*sic*) *V* 7 filium] fili /// *b* filios *cζ edit. cons. Porph.* 9 capiti autem *cζ* conp: *v*] comp: *cett.* 10 habeat *rvCbcζ*] habebat *V* habet *γα* 11 cum — humana] *om. cζ* 12 pinnas *γV*] pennas *rvbCcζ*, *euanuit α* 14 idest] ad *V om. cζ* inponere *rαbcζ*] inponere *cett.* 15 uel] idest *V* inducere plumas idest *om. cζ* *idest*] *ad V* 18 et — debere] om. *cζ* poetam *Γ*] *poeta γ corr. v V euan. b*

*Collatis (cζ)] [Idest] coniunctis ad superiorem et descriptam formam (Γ′cζ

*Atrum (cζ)] Magnum (Γ′bcζ

4. *In piscem (cζ)] Idest in beluam marinam, hoc est in pistricem (Γ′bCcζ *sim.* αb

*Superne (cζ)] De superiori parte, idest uultu, ceruice (Γ′αCcζ

5. *Spectatum admissi r. t. a. (c)] Admissi spectatum, idest quasi ad spectaculum missi; et est sensus: si admissi fueritis introire ad spectandum tale animal pictum, potestis risum tenere, o Pisones? (Γ′acζ

7. *Cuius uelut e. s. u. f. s. (c)] Qui non habet ordinem (Γ′α *sim.* cζ

*Cuius ita uanae sunt species, quemadmodum aegrotantes uidentur imagines uidere (Γ′α *sim.* cζ

Aegris (V)] Aegrotantibus, uel aegri⟨s⟩, quia multas imagines uident (Γ′bV

8. *Pes (cζ)] Finis (Γ′bCcζ

*Caput (cζ)] Principium (ΓbCcζ

9. *Vni reddatur form⟨a⟩e (cζ)] Vni corpori, ut neque finis neque principium conueniat (Γ′acζ

10. *Scimus (cζ)] Quasi obiectio est, ita ut alter responderit (γνcζ

*Est, inquit, sed non usque adeo, ut inimica fingantur (Γ′(γνb)cζ

*Per antipoforam sibi uidetur respondere (r

§ Et hanc u. p. d. u. (c)] Sicut nos licentiam concedimus aliis scribere, ita nobis petimus licere. 'Petimus' quasi poetae, 'damus' quasi critici (Γ′αVcζ

1 idest Γ *om.* vcζ 4 idest] hoc est cζ *om.* b 6 de] *om.* cζ in ν superiore γcζ et ceruice cζ 9 spectaculum] spectandum cζ 10 ad spectandum — pisones] *om.* α 16 aegrot: — aegris] *om.* b 17 uident b] *om. cett.* uidentur *uidere conl. schol. anteced.* suspic. K. 24 aet γ inimica γν] *iniqua* bcζ *Hauthal* inepta *alii editores* 28 scribendi α, *om.* b *ut uid.*

12. §Sed non ut placidis (ζ)] Ita debemus habere licentiam fingendi et sic debent esse artificiosa, ut non mitia iungantur asperis inmoderate (*Γ′αVcζ, b paene eu.*

14. §Inceptis grauibus (*c*)] Aliud praeceptum. Docet non inportune inducendum esse parabolam aut descriptionem; sed aut parabola aut descriptio apte debent adiungi incepto bene poemate; qui enim incipit granditer et leuiter finit, uituperandus est. 'Professis' autem: his, qui conantur aliquid magnum scribere, et respexit ad naturam quorundam poetarum, qui incipiant describere grandia et communes exeant; qui, tametsi boni sunt, tamen superflui habentur et plerumque ridentur; in magno poemate excessus debemus aspergere quasi ad reficiendas aures. 'Pannum' ergo pro bono colore excessus dixit (*Γ′αVcζ et b, sed is propemodum euanuit*

16. *Ordo est: pannus assuitur, qui splendeat, ut bona sit quidem 〈o〉economia, sed incongrua (*Γ′cζ cons. α*

*Assuitur pannus (*cζ*)] De his dicit, qui, cum seueram et sublimem materiam coeperunt scribere, flosculos quosdam interponunt (*Γ′αbCcζ*

*Cum lucus et ara Dianae (ζ)] Zeuma est ab inferioribus: 'describitur' (*Γ′αCcζ*

17. *Ambitus agros (α)] 'Properantis aquae' dixit riuum, 'ambitus' autem circuitus (*Γ′α cons. cζ*

18. *Aut flumen R. (*cζ*)] Notandum flumen Rhenum genere neutro, sicut Salustius in historiis (*fragm.* III 79 *M.*):

Nomenque Danubium habet (*Γ′αcζ, b absc.*

1 ita *rαvVcζ*] idest ita *γ* 2 debent *cζ*] *absc. b,* debet *cett.* 5 inducendum *ΓVζ*] inducendam *α bis νc, euan. b* aut d:] ac aut d: (*sic*) *V* 6 set *γ* 7 poemate *Γ′αV*] poemati (poę: *ζ*) *cζ edit., euan. b* enim *νζ, om. ΓαbVc* 9 et respexit] *om. V* aut respexit *edit.* 11 communes] in locos communes *Porph.* sunt *ΓV*] sint *αcζ* 14 pannum — dixit] *om. ν* pannum *K., uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 119] patimini *ΓαV Pauly om. cζ, euan. b* ergo] *om. cζ,* euan. b dixit *γν*] *dicit rαVcζ euan. b* 19 coeperint r ceperunt *γν*Cζ ceperint *αc* 26 sicut *om. cζ*

*'Arcus' pluuialis, qui pluuiam concitat (Γ′αC

19. *Sed nunc non erat his locus (*c*)] Quasi ad aliquem respondit: non erat locus, ut haec describeres, sed quoniam bene describis, ideo introduxisti (Γ′αC *sim.*cζ

§ Et fortasse cupressum (cζ)] Irrisio pictoris cuiusdam, qui nihil aliud quam cupressum nouerat depingere. Prouerbium est in malum pictorem, qui nesciebat aliud pingere quam cupressum. Ab hoc naufragus quidam petiuit uultum suum exprimere. Ille interrogauit, num ex cupressu uellet adici aliquid? Quod prouerbium Graecis in usu est (*ex Porph.*); nam naufragi ad misericordiam commouendam casus suos in tabula depingunt, ut Iuuenalis (14, 302):

Et picta se tempestate tuetur

(Γ′ f Vcζ *sim.* α, *absc.* b

20. *Quid hoc (cζ)] Qui scribit, nisi oportune scribat, non sibi conparat gloriam, sicut ille male pingit, qui cupressum pingit (Γ′αbCcζ

22. *⟨Currente rota⟩] Carmine procedente (Γ′acζ

*Rotam dicit, quae cum uoluitur, uasa finguntur et est translatio a figulis (Γ′

*Cur urceus exit? (cζ)] Cur cum a magnis incipias, in minora desistis? (Γ′cζ

*Idest cur uile fit opus tuum? (Γ′cζ

23. *Simplex (Γ′)] Idest coeptae materiae et nondum finitae non debes aliam adiungere (Γ′αCcζ

24. 25. § Quidam dicunt aliud praeceptum esse, alii dicunt de oeconomia adhuc illum loqui (Γ′(rαν)bVcζ, *sed in cζ ad lemma* amphora cepit (cępit ζ) institui (describi ζ) (= *u.* 21 *sq.*) *adscriptum est*

3 respondit αζ] responderit *c* respondet *cett.* 5 pictoris Γ′αfcζ] uictoris est *V* 7 prouerbium — in usu est] *ex P.* est rανVcζ] est grecum *f* grecum *γ* 8 pingere] bene pingere *Porph.* ab hoc Porph.] ob hoc γνfVcζ quem *r* 10 *cupressu*] cupresso *v*cζ cypresso Porph. 11 scribat] scripserit cζ 28 illum] eum cζ

*Maxima pars uatum, pater et iuuenes patre digni decipimur s. r. (*cζ*)] Apostropha est ad Pisones (*Γ′α cons. cζ*

*Pars poetarum decipimur studio uirtutis labentes in uitia (*Γ′αCcζ*

25. *Imagine boni, dum pr⟨a⟩eferimus imaginem ueritatis (uirtutis?) (*Γ′αbCcζ*

*Laus est breuiter narrare, sed dum uult aliquis breuiter narrare, fit obscurus (*Γ′cζ*

26. 27. *Sectantem leuia (*cζ*) nerui deficiunt (*νb*)] S⟨a⟩epe eneruatos uersus scribit, qui dat operam, ut scribat delicatos (*Γ′αbfCcζ*

*Leuia (*cζ*)] Splendentia, bene currentia (*Γ′αbCcζ*

28. *Dum quidam uitant inflatos uersus, fiunt uiles (*Γ′αbcζ*

§ ⟨Serpit humi⟩] Terrae proximus fit ille, qui timet inflate dicere (*Γ′αbVcζ*

§ ⟨Tutus nimium⟩] Quia est ualde tutus, idest dum se tueri uult (*Γ′αVcζ*

29. *Qui uariare cupit rem (*cζ*)] Qui uult uarium opus describere, saepe inepta scribit (*Γ′cζ*

*⟨Prodigialiter⟩] Admirabiliter (*Γ′bcζ*

§ Docet hic non esse indulgendum eloquentiae, nequis incidat in opinionem inepti et superflui (*Γ′Vcζ*

31. § In uitium ducit c. f. (*ζ*)] Idest culpae fuga ducit in uitium, si nescit aliquis culpam uitare (*Γ′fCVcζ*

§ Fuga autem nominatiuus est casus (*Γ′fCV cons. b*

32. § ⟨A⟩emilium c. (*c*)] Aemilius ludus dicebatur locus, in quo Aemilius quidam gladiatores suos habuit. Circa hunc ludum Imus erat quidam statuarius. Alii

2 s. r. *ζ*] *om. c* 4 labentes] delabentes *cζ* 8 set *γ* 14 inflatos uersus uitant *cζ* 18 quia — idest *om. cζ* quia *ν*] qui *ΓαV* 22 mirabiliter *b* 24 inepti *edit.*] inepte *Γ Vcζ* inopie *ν* et] idest *V* superflui *edit.*] superfluit *V* superflue *Γcζ* incongrue *ν* 25 idest] idem *ζ om. ν* 27 casus] *om. ν* 28 ludus *dicebatur] om. cζ* 29 emilius quidam Γ α quidam emilius *(emilius cζ) Vcζ* 30 hunc — poetae] om. α imus] unus *cζ*

dicunt imum breuem, alii (*cons. Porph.*) in extrema parte ludi positum; qui cum ungues et capillos et [multa] alia membra bene formaret, in perfectione statuae deficiebat. Hic ergo docet nihil oportere deesse poetae (*Γ′α Vcζ*

34. § Totum (*cζ*)] Idest finem aut uenustatem consummationis. Interdum enim uidemus singula membra artificiose facta et totius operis formam minime placituram. Si uelim, inquit, scribere aliquid, nolim huic esse similis, sed magis uolo me pulchrum esse nigris capillis et oculis cum torto naso, quam scribere poema, cui aliquid deest (*Γ′αf Vcζ*

*Aliter: quomodo nolo me parte quadam corporis foedissimum esse et reliquis splendidum, sed magis opto una integra esse specie, ita enitor omni me poemate par uideri, nulla in parte ab alia discrepans (*Γ′αfcζ*

35. *Componere (*b*)] Comparare, ut Virgilius (*ecl.* 1, 23):

Sic paruis componere magna solebam (*Γ′αb*

35. 36. § Si quid componere curem, non magis esse uelim (*cζ*)] Si me, inquit, huic fabro conferre uoluero, ero dimidia corporis parte ridendus, [ut partem ridendam habeam,] quamuis laudandus spectandusque sim in alia, idest hunc me esse nolo, idest huic similis esse recuso, quod perfectus non est (*Γ′αbf Vcζ*

1 imum] vnum *c om.* ζ 2 positum ludi *cζ* positum] *om. V* multa *om. cζ* 4 docet] dicit *cζ* 5 idest — placituram] *om.* α 8 aliquid scribere *f Vcζ* scribere α aliquit *Γ* nolim — deest] *om. V* 9 set γ pulcrum γ 10 cum torto] et cum torto ζ et contorto *c* aliquit *r* 11 desit *cζ* 12 quomodo] *om. cζ* 13 foedissimum (fed:) esse *γαfcζ*] esse foedissimum *rv* set γ 14 una] *om. cζ* me poemate par *Γ*] meo poemate par *v* me poemate parte α *me poemate f* poeta (poęta ζ) parte *cζ* 15 ab] *om. cζ* 16 *uirgilius] om. Γb* 21 ut — habeam] del. Pauly 22 in *alia ζ] mala c om. cett.* 24 quod] qui *rcζ* q α eo quod f

38. § Sumite m. u. q. s. e. (*c*)] Idest antequam incipias scribere, uide, si materiam, quam adgrediaris, possis inplere (*Γ′αb V sim. cζ*

40. *Cui lecta p. (*cζ*)] Qui possibilia elegit; possibiliter (*Γ′cζ*

⟨Potenter⟩] Secundum quod potest. Idest qui elegit materiam, quam possit inplere, huic nec inuentiones nec eloquentia deesse possunt (*Γ′αV*

41. § Nec facundia d. h. nec lucidus ordo (*cζ*)] Idest dispositio, quia reuera ordo manifestat omne, quod dicitur. Ἐπίδεικτον est το⟨ῦ⟩ ordo τὸ lucidus, quia ordo facit lucidam orationem (*Γ′αb Vcζ*

42. *Venus (*cζ*)] Venustas (*Γ′Ccζ*

§ Aut ego fallor (*αb Vc*)] Aut ista est ars, quam sum docturus, aut ego fallor, ut quaedam dicat, quaedam differat in aliam partem (*Γ′αb Vcζ*

43. 44. § ⟨Vt iam nunc dicat iam nunc debentia dici, pleraque differat⟩] Vt quae debent dici, sine dilatione dicantur; quae non debet dicere pro tempore differat, ut Virgilius VIIII libro narrat in Italia iam posito Aenea, quomodo fabricatae sint naues, quibus de Ilio nauigauit, cum in tertio non dicit (*Γ′ε Vcζ*

45. § Hoc amet, hoc spernat (ζ)] Idest hoc eligat, hoc praetermittat poeta, ut non omnia, quae ueniunt illi in mentem, dicat (*Γ′αb Vcζ*

2 uide — implere] *bis exhibet V* 3 inpl: *γb*] implere *rαν Vcζ* 4 eligit *ν* 6 poterit *α* elegit *rV*] eligit *ν* diligit *α* legit *γ* 7 implere *γαν V* inuentiones *Γ′α*] inuentio *V* 11 *ἐπίδεικτον* — lucidus] eniteto Nero *c* enite · CONϵ · O · ζ et (*sic*) *αb* *επιθετον V*] epitheton *rν* epitoton *γ* est] enim *V* *τοῦ K.*] *το Γ′ V* *το ante* luc: *Γ′*] *om. V* ordo facit lucidam *rναb Vc*] lucidam ordo facit *γ* ordo lucidam facit *ζ* 15 aut ego] at ego *V om. αbcζ* fallor] *om. αbcζ* 16 differat] reseruet *cζ* 18 ut *γV*] id *rν* 19 non *cζ*] *om. Γ′εV* debet dicere] debent *cζ* 21 sint *rV*] sunt *γνεcζ* 23 idest — poeta] *aliter cζ* idest *γα*] om. *rν V*, eum. *b* 24 *quae illi in mentem* ueniunt dicat *γ* dicat quae (que *c*) *ueniunt in mentem cζ*

⟨Promissi c. a.⟩] Vt poeta (*Verg. Aen.* V 282):

Sergestum Aeneas promisso munere donat.

Aliter: auctor promissi carminis, idest qui uult auctor fieri magni carminis, aut certe auctor: optimus poeta (Γ′ α b V

46. § In uerbis etiam tenuis (cζ)] [Idest] si facienda sunt tibi noua uerba, obserua, ut ea dicas, quae placeant, quae habeant auctoritatem (Γ′b Vcζ

⟨Serendis⟩] Ordinandis, ponendis (Γ′(r b ν) C V

47. *Dixeris egregie (cζ)] Et cum laude dicis uerbum uulgare, si illud bene composueris (Γ′ Ccζ

§ Exponit de uerbis ueteribus et nouis, quomodo poetica licentia fiant. Nam aliqua licet uulgaria sint, dicit tamen ea cum aliqua conpositione posse splendescere (r ν Vcζ *ex Porph.*

⟨Dixeris egregie⟩] Egregie etiam notum dicis uerbum, si peritam habuerit conpositionem, si non sit asperum (Γ′α V

Idest tunc egregie dixeris, si noto uerbo conpositio artifex instruatur (Γ′α V

48. *Callida iunctura uerborum, elegans et noua elocutio uel coh⟨a⟩erens sermo. Optimum enim dicendi genus est, si tota uerba oportune et proprie ponantur (Γ′ b cζ

§ Si forte necesse est (cζ)] Nouum uerbum bene dicis, si fuerit necessitas indiciis nouis proferre res nouas; ne facias nouum uerbum, quando necessitas non est (Γ′ f Vcζ

1 ut poeta γα] ut *v om. r V, euan. b* 3 auctor (*post* aliter) αν V] *om. Γ, euan. b* 4 fieri — auctor] *om. V; sed idem post* 'poeta' *pon.* 'aut certe' 6 idest *om. vcζ* 8 quae] et cζ 9 ponendis *om. b C* 10 et] *om. cζ* dicis] dices cζ 14 conpos: *v*] compos: *r Vcζ* 16 notum Γ′α] nouum *V* *17 conpos: v*] compos: Γα V 18 noto Γ′α\toto *V* conpos: *v*] *compos: Γα V* 21 eloquutio b eloquutio c 22 tota (= omnia)\Γ′\ *noua bcζ* 24 dicis Γ′ *f*\ facis Vcζ

§ Aristotelis quidam libros transtulit; sed uolens transferre τὸ ὄν, non inuenit quomodo diceret, finxit 'ens' et laudem quaesiuit (*Γ′αbfεVcζ*

49. § Indiciis monstrare recentibus a. r. (*cζ*)] Mire dixit. Indicia enim animi uerba sunt. Indiciis ergo recentibus: rudi inuentione uerborum, quia indicia rerum uerba sunt secundum philosophos (*cf. Porph.*), qui aiunt ἔλεγχον τῶν πραγμάτων εἶναι τὸν λόγον (*Γ′αbfεVcζ*

50. § Cinctutis (*bcζ*)] Antique dixit, idest militaribus uiris et ad militiam paratis; unde per contrarium dixit poeta (*Verg. Aen.* VIII 724):

Discinctos Mulciber Afros,

idest inbelles ad militiam (*Γ′αbVcζ*

§ Continget dabiturque l. s. p. (*cζ*)] Idest si necessitas tibi fuerit uti uerbis recentibus, quae non audierunt Cethegi, oratores antiqui, licet [tibi] uti, sed moderate (*Γ′αbVcζ*

52. Noua uerba ficta habebunt fidem, idest probationem, si de Graecis uerbis translata fuerint non absurde, ut uerbi gratia κύλικον (*leg.* κύλικα) dicunt Graeci, nos culicem (*leg.* calicem *cum Porph.*). Hoc translatum est de Graecis, sed moderate (*Γ′fV cf. Porph.*

1 aristotelis *γν*] aristoteles *rαbfV* aristiles *zc* quidam *edit.*] quosdam *αbf om. Γ′zVcζ* set *γ* s, *Vc* sed *rvzζ* in quibus *αbf* uolens] uoluit *b* nolens *Hauthal sil.* 4 inditiis *c* 6 rudi] ·i· rudi *αbf* 7 qui — λόγον] *om. αbf* qui aiunt *Γ′zcζ*] *om. V* 8 CΛЄЄXONTONΠPOΓIΩΓON ЄINΩAITON · ΛOΔON *rν* ЄΛЄЄXONTON·ΠPOTIΩTON ЄINΩ-ΛITON · ΛOGON *γ* Є · Λ · Є · ЄXΩN TONΠPΩTIΩTON ЄINΩ-ΛITΩN ΛOTON *z* ЄNЄXONTONTIPΩTII *V, locus uacuus in cζ, emend. iam Petschenig, πραγμάτων scribens pro Cruquii τρόπων* 9 cinctius *b* 13 inbelles] ībelles *V* imbecilles *cζ absc. b* imbelles *α* 14 idest] *om. νV* 15 fuerit tibi *cζ* recentibus uerbis *V* 16 tibi *om. cζ* set *γ* 19 fuerunt *V* 20 KγΛIKON *f κνλικων Γ′* KγΔIKΩN *V* 21 est *f V*] *om. Γ′* 22 *set γ*

53. § Quid autem C⟨a⟩ecilio Plautoque d. R. (cζ)] Quare negauerunt Romani Virgilio et Vario, quod concesserunt antiquis poetis, idest noua uerba facere? Et hoc dicit, non quia negauerunt, sed quasi causam quaerens, quaenam esset, si uoluissent negare; nam si hos prohibent, nec illis licuisse demonstrat (Γ′ Vcζ

55. Ego si possum noua uerba bene facere, cur prohibeor? Idest non prohibeor (Γ′ αbV

§ Ego cur, acquirere pauca si possum, inuideor? (cζ)] Mire, dum de fingendis uerbis loquitur, secundum Graecos ipse fincxit 'inuideor'. Inuideor idest inuidiam patior; nam inuideor negatur posse dici, aut inuideor prohibeor (Γ′ bVcζ

56. *⟨Catonis⟩] M. Porcius, qui et Censorius [dictus est] (γνcζ

57. *Ditauerit (cζ)] Locupletauerit, auxerit nouis uerbis (Γ′(γCν)cζ

59. § 'Praesente nota' idest notamine ipsius temporis et praeter uetustatem (Γ′ bfC Vcζ

*Signatum ⟨praesente nota⟩ (cζ)] Hoc a nummis tractum est (*cons.* cζ), quia nummi in noua fusura iuuant (Γ′ αbfC

Noua elocutione, nouo uerbo, idest nouum uerbum ex ueterum significatione deriuare (Γ′ αbfV

60. § Vt silu⟨a⟩e f. p. m. in a. (cζ)] Ne aspernentur noua uerba, conparatione nouorum foliorum docet posse placere (Γ′ αb Vcζ

2 negauerunt Γ′ Vcζ] negauerint *edit.* 4 non quia *c*] non quod V ζ quia non Γ′ V causam quaerens (querens γ Vc) γ Vcζ] quaerens causam rν 5 esset Γ′] esset ratio Vcζ hos Γ′ cζ] nos V prohibent *r*] prohibet γν Vcζ 7 ego] ergo V 11 fincxit *r*] dixit *b* effinxit ζ fixit V finxit γνc idest γb Vcζ] *om.* rν 12 negatur posse dici] *om.* γ 14 porcius] furtius γν furius *c* surius ζ censorinus cζ dictus est cζ] *om.* γν 18 idest] *om.* cζ 19 et — uet:] *om.* cζ *et] om. C* praeter] propter α V om. C 23 noua elocutione γν] *noua rerum* locutione V noua locutione α noua loqutione r b om. f 24 *deriuare* αf V] diriuare Γ′ b 26 comp: ν] comp: Γ αbVcζ

§ Pronos (*cζ*)] Decliues et cito labentes, instabiles, uolubiles (*Γ′ Vcζ*

In annos (*αbfc cons. ζ*)] Pro per annos. Vt siluarum mutantur folia per annos pronos, et est Homerica (*Il.* VI 145 *sq.*) conparatio (*Γ′αbfVcζ*

§ Verbi gratia antea dicebatur: fruitus est, modo fructus est; antea dicebatur puncxit, nunc pupugit dicimus (*Γ′ Vcζ*

63. § Debemur morti (*ΓαVcζ*)] Argumentis probat perire omnia, perire homines, perire uerba, siquidem recipitur in terra fluctus, et quae antea arabatur, modo fit locus nauibus. Si ergo mutatur natura maris et terrae, quanto magis debemus credere perire homines, perire uerba eorum (*Γ′αVcζ*

§ Idest perimus nos et nostra, siquidem etiam natura ipsa mutatur, ubi terra mare inducitur, paludes uertuntur in segetes, flumina suum mutant cursum (*Γ′ Vcζ*

64. Terra Neptunus (*αV*)] Hoc autem dixit propter Tiberim, qui per †Calabriam fluere dicebatur (*Γ′ α V ex Porph.*

*⟨Classes Aquilonibus arcet⟩] Ἁπαλλαγή: classibus arcet Aquilones (*Γ′ C cons. b*

65. § Regis opus (*Vcζ*)] Nam regis opus est admittere terrae mare, paludes deriuare, in terra ⟨condere⟩

3 pro per *bf*] propter *α V* per *Γ′ cζ* 5 conparatio *v*] comparatio *Γαbf Vcζ* 6 antea dicebatur] *hic om. V* fruitus *vc*] fruitis *ζ* frunitus *Γ V* est modo *Γ*] autem dicebatur modo *V* modo *vcζ* 7 puncxit *r*] punxit *vVcζ* punxi *γ* nunc *rV*] modo *γvcζ* dicimus] dicitur *cζ* 9 debentur morti *V* debemus nos mori *α* 11 terram *cζ* ante *cζ* 12 natura mutatur *cζ* 15 idest *γ*] l. d̄ *V* aliter *cζ om. rv* siquidem — mutatur] *om. cζ* 16 mare inducitur] in mare (mari *ζ*) ducitur *cζ* 18 nept:] neptu *V in fine uersus* 19 calabriam] canapariam *dubitanter propos. K.*; uelabrum *Porph., fort. recte cf. p. sq.* 21 ipallage *α*, *reliqua om.* 24 paludes — portus] *om. cζ* deriuare *vf*V\ diriuare Γ in terra *Holder cum gloss. Γ′ C*] intra codd. condere uel *aedificare excidisse putat K.*

portus. Significat autem Lucrinum portum et alios, qui manufacti sunt ab Augusto, et alia regum opera. Hoc est regium opus, quod nullus facere potest nisi rex (*Γ′ α f Vc ζ*

66. § Vicinas urb. (*V*)] Diuus Augustus duas res diuinas fecit, ut Pontinam paludem exsiccaret et ad mare meatum habere cogeret, [ut] post etiam arari posset, et portum Lucrinum munire, de quo Maro (*georg.* II 161):

Lucrinoque addita claustra (*Γ′ α b f Vc ζ*

Et hoc si factum est, idest si mutauit cursum suum fluuius, credes posse fieri id, idest perire nostra: siquidem fluuius, qui nocebat frugibus cursu suo, mutatus est ad aliud iter ut Tiberis, qui mutauit cursum, ne Vestae nocere posset (*Γ′ α b f V*

67. *Seu cursum m. i. f. (*cζ*)] *Ἀπὸ κοινο⟨ο⟩ῦ* siue generaliter quidam uolunt accipere, quando campos aptos agriculturae liberant, auertentes flumina, quae infesta sunt (*Γ′ α c ζ*

§ Frugibus a⟨m⟩nis (*V*)] Tiberim intellegimus; hunc enim deriuauit Augustus, qua nunc uadit; ante enim per Velabrum fluebat (*cons. Porph.*). Vnde et Velabrum dictum, quod uelis transiretur (*Γ′ Vc ζ*

69. § Nedum sermonum (*V*)] Idest si haec omnia mutantur, uerborum gratia perennis manere quomodo potest? (*Γ′ α Vc ζ*

3 regium] regum *V* regis *cζ* 6 ut] *om. Vcζ* pontinam *rαbν Vcζ*] pontiniam *f* pomtinam *γ* exsiccaret] exicaret *f* siccauit *cζ* ut ad mare meatum haberet *cζ* 7 ut *cζm om. cett.* 8 munire *etiam Porph.*] muniuit *αcζm edit.*; munire *non in* muniret *mutandum, sed scil.* fecit *uidetur intellegendum esse* 11 id *Γ′*] *om. f V euan. α et b* 13 uestae] aestate *Pauly, sed. cf. carm.* I 2, 13—16 noceret *α* 15 *ἀπὸ* — siue] *om. rα* apocoyni *ζ* QPOCOYNI *c* 17 auertentes *γαcζ*] idest uertentes *rν* 19 amnis *cζ* 20 deriu: *Vc cons. ζ*] diriuauit *Γ′* augustus] agrippa *Porph.* uadit] *incidit cζ* incedit *edit.* 24 perennis *αν c*\ perhennis *Γ V perhemnis ζ*

Honos (*Vc*)] Idest pulchritudo (*Γ' b Vcζ*

§ Et gratia uiuax (*V*)] Idest perpetua (*Γ b Vcζ*

70. § Multa renascentur (*Vcζ*)] Multa scilicet uocabula commercio sermonum; 'quae iam cecidere' idest quae sunt sublata de usu (*Γ' V sim. cζ*

71. *Si uolet usus (*αcζ*)] Idest consuetudo siue ratio loquendi: ratio enim usu et consuetudine uincitur (*Γ' α c ζ*

72. § Quem penes (*αVcζ*)] Conuersio, idest penes quem, idest apud quem. Arbitrium autem est iudicium, idest in potestate usus est sermo et ius loquendi (*Γ' αV cons. cζ*

§ Quia usus facit auctoritatem, interdum consuetudo uincit regulam; 'modiorum' dicimus secundum regulam; et frequenter Cicero 'modium' ponit pro modiorum et 'liberum' pro 'liberorum': hoc usu dicitur (*Γ' α Vcζ*

73. § Res gest⟨a⟩e (*cζ*)] Docet, quomodo singulae res quibus metris scribendae sunt (*Γ' α Vcζ*

74. *Numero (*cζ*)] Metro (*Γ' bcζ*

75. § Inpariter iunctis (*V*)] Quia elegiacum metrum minus habet syllabarum, quam heroicus uersus, qui praecedit; quod elegiacum metrum constat ex pentimemere, idest. duobus dactilis et syllaba (*Γ' Vcζ*

§ Qu[a]erimonia primum (*V*)] 'Versibus inpariter iunctis' idest iambico (*leg.* elegiaco) metro. Vnus enim exameter uersus est, alter pentameter; ideo inparibus.

1 idest pulchr: *γ*] idest pulcr: *V* pulchr: *rνbcζ* 2 idest perp:] perp: *rbcζ* 3 multa *V*] *om. Γ' cζ* 4 commercio *edit.*] commercia *V* commertia *Γ' ζ* commentia *c* (et comm: *cζ*) iam — quae] *om. cζ* 13 quia] *falsum lemma* Emiserit auctor (*quod pertinet ad u. 77*) *hic adscripsit V* facit *Γ' α cζ*] interdum facit *V* et consuetudo *cζ* 14 modiorum — et] et *ζ* ut *c* 15 modium ponit cicero *γ* pro modiorum *cζ*] *om. cett.* 18 et quibus *cζ* sunt *γ α Vcζ*] sint *rν* 22 pentimeme *ζ* 23 duobus *Γ' c*] de duobus *V* ex duobus *ζ* 24 uersibus — *inparibus] om. r* 25 iambico *codd.*] alterno ed. elegiaco K. *26 ideo inparibus] om. cζ*

Hoc, inquit, metro primo tristia, post etiam coeperunt laeta describi (*Γ′α Vcζ*

*Post etiam inclusa est (*cζ*)] Idest res tristes et lugubres primo elegiaco metro scribebantur, postea etiam laetae coeperunt scribi (*Γ′b cons. cζ*

77. *Exiguos dixit ad conparationem heroici metri (*Γ′ α b*

§ Exiguos elegos (*V*)] Elegos, unde elegiacum metrum; quis tamen [primus] inuenerit elegiacum metrum, incertum est (*Γ′b Vcζ*

79. § Archilochum proprio rabies armauit iambo (*cζ*)] Iambicum metrum primus Archilocus inuenit, quo usus est in Lycamben, quem persecutus est, quod ei Neobulen desponsatam iam filiam denegauit, in tantum, ut Lycambes iambos eius uoluerit morte uitare; nam ad laqueum confugit (*Γ′b Vcζ sim. m*

80. § Socci (*V*)] Idest comici uel comoediae. Soccis comoediam intellegimus (*sim. cζ*), coturnis tragoediam (*Γ′C V sim. cζ*

§ Grandesque coturni (*Vcζ*)] Magnae laudes clamantium exceperunt hunc pedem, aut 'grandes coturni' tragoediae. Ideo autem id in dubio posuimus, quia difficile hoc metro tragoediographi utuntur; nam spondaico paene metro semper uidentur scribere (*Γ′ Vcζ*

81. § Alternis aptum (*V*)] Vel illi et illi ⟨idest comoediae et⟩ tragoediae aut personarum responsionibus aut tantum comoediae, quia in comoedia multae personae cum sint, inuicem sibi succedunt (*Γ′ Vcζ*

3 idest] *om.* cζ 5 scribi *b*] describi cζ *om.* Γ′ 8 elegos — metrum] *om.* cζ 9 tamen primus γν*b* primus tamen *r V* tamen cζ 11 archilocum ζ 12 primum cζ (archilocus Γ′*b Vcζ*) 14 desponsatam] desponsam *Vcζ* 15 morte uitare *rbVcζm*] euitare γ euitare morte ν 18 cot: tra*g*:] *om.* cζ 21 trag:] *om.* cζ 23 tragoedio grauiuntur *V tragediografi r* tragoediografi γ tragediographi c, *recte* νζ *spondiaco Vcζ* 25 uel Γ′ V] om. cζ idest com: et] *add. edit.* 28 cum sint] *om.* cζ sint] se V sibi] om. rν

82. § Vincentem strepitus (*V*)] Tales strepitus excitat iste pes, ut uincat etiam populi clamores (*Γ′ Vcζ*

§ Quia iambus uincit clamores spectantium, hoc est plus meretur laudari, quam laudetur (*Γ′b Vcζ*

§ More hominum dixit 'natum' propter com⟨o⟩ediam 'pedem' (*Γ′b Vcζ*

83. § Musa dedit fidibus (*cζ*)] Idest Musa dedit lyrico carmine laudari deos et heroas et Olympicos (*auctore Porph. leg.* Olympionicas) (*Γ′b Vcζ cons. Porph.*

Fidibus autem, idest lyrico carmine, ut diuina diceremus (*Γ′b V*

*'Pueros' dixit filios deorum more Graeco, uel pueros appellat heroas (*Γ′cζ cf. Porph.*

84. *Et pugilem u. (*ν*)] Olympionicos agones (*Γ′b*

*Pollucem (*Γ′bcζ*

§ ⟨Equum certamine⟩ primum (*ν*)] Idest uictorem; et Pindar⟨us prim⟩um dicit Anphimum, qui ante omnes ad palmam uenit (*Γ′ Vcζ*

85. *Et iuuenum curas (*cζ*)] Amores (*Γ′bcζ*

§ Et libera uina (*ν*)] Idest conuiuia; unde et Liber, quia liberius faciunt uina homines loqui (*Γ′b Vcζ*

86. § Descriptas seruare u. (*cζ*)] Idest expositas uarietates si nescio persequi ac non possum, quare appellor poeta? (*Γ′α Vcζ*

§ Idest si ea, quae praecepi, nescio seruare, cur appellor poeta? (*Γ′ Vcζ cf. Porph.*

2 etiam] *om.* *cζ* populi (populis *γ*) clamores *γ Vcζ* clamores populi *rν* 4 laudetur *rbν Vcζ*] laudatur *γ* 5 propter c:] *om.* *b* 7 idest] *om.* *νcζ* 8 laudari *Γ′b*] laudare *Vcζ* heroas et *Γ′ V*] heroas *cζ*, *cf. schol.* 86 10 autem] *om.* *γ* 14 olimpinicas agonis *ν* agonos *r* 17 pindarum *codd., emend. K.; meras ineptias proponunt Pauly et Hauthal* anphimum *γν alt. l. V*] amphimum *rν* alt. l. amphionem c et *edit. amphiones* *ζ* 20 idest — liber\ aliter cζ idest\ *om.* *νb* *unde Γ′*] *inde V, eu. b* 21 homines faciunt uina ?

Vices o. (*ν*)] Vt heroico metro scribas bella, iambico com⟨o⟩ediam, lyrico deorum laudes et heroum et Olympicorum (*leg.* Olympionicarum) (*Γ′ α b V*

*⟨Colores⟩] *Οἰκονομία* (*Γ′*

87. § Poeta salutor (*ν*)] *Χαῖρε ποιητά.* Hoc secundum Graecos, qui cum nomine salutant officii: *χαῖρε ἰατρέ* (*Γ′ V sim. cζ*

88. § Cur nescire pudens (*V*)] Cur praue pudens malo nescire quam discere? ⟨'Praue⟩ pudens' praepostere erubescens, 'pudenter' erubescenter. Quare magis nolo discere quam turpiter ignorare? Pudens praue est ille, qui turpiter erubescit. Si nescio, quare magis erubesco discere, quam nescire? Verbi gratia si nescis, non turpiter discis, si interrogaueris; sed turpiter nescis, si tacueris; nam praue uerecundus est ille, qui erubescit discere, quod sibi commodum est (*Γ′ α b Vcζ*

§ Sunt quaedam doctrinae, quae duplici scientia concipiuntur. Versum facere discis, si audieris sex pedibus constare hexametrum siue heroicum metrum, idest dactilo et spondeo. Ecce habes unam peritiam, debes alteram accipere peritiam, ut scias, quomodo fit spondeus, quomodo dactilus. O Horati, si dedisti praecepta, quare nescis? Possum quidem scire uerbi gratia, quia iambico metro comoedia scribitur, sed quomodo fiat iambus, nescio (*Γ′ Vcζ et ν altero loco*

89. § Versibus exponi (*ν V*) tragicis (*νcζ*)] Aut spondeis aut altis sensibus et uerbis. Hic exequitur, quod

5 *in V* Εχαιρε ποιστα *praeposito* ῑ = 'uel' *in margine additum est; cζ uerborum Graecorum loco exhibent lacunas* ποιετα *Γ′* ποιςτα *V* 6 cum] *om. cζ* salutant officii *γcζ*] officii salutant *cett.* ἰατρέ *K.*] ααγρε *Γ′* ααγρεV 9 pudens — erubescenter] *om. cζ* 14 set *γ* 16 sibi] *om. Vcζ* 19 idest] *om. Vcζ* 21 accipere *Γ′ et ν alt. l.*] recipere *V* percipere *cζ* fit *rν alt. l. V*] sit *γcζ* fiat *ν alt. l.* 23 scire quidem *Vc* scire quod *ζ* 24 set *γ* iambus *Γ′ et ν alt. l.*] *iambicus Vcζ* 26 exponi tragicis] e. t. *ν* 27 aut . . . et *Γ′f ν alt. l.*] et . . . aut *Vcζ* hic *ν alt. l.*] hoc *cett. et ν alt. l.* *exequitur γVcζ*] exsequitur *rν*

superius praemisit (*u.* 86):

Descriptas seruare uices operumque colores

(*Γ′ f V c ζ*

90. *Priuatis (*α c ζ*)] [Comicis] communibus, iacentibus sensibus; quasi enim priuata sunt uerba, quibus utuntur hi, qui prosa oratione dicunt (*Γ′ α c ζ*

91. § Ac prope socco (*V*)] Idest humilibus uerbis tragoedia non uult exponi (*Γ′ V sim. c ζ*

§ Iterum tragoedia non uult communibus sensibus exponi, idest comico stilo (*Γ′ V sim. c ζ*

92. § Singula quaeque locum (*V*)] Quia tragoedia altos sortita est sensus et uerba, com⟨o⟩edia uero humiles (*Γ′ V cons. c ζ*

93. *Vocem c. t. (*ν*)] Sicut Terentius (*adelph.* V 3, 4):

O caelum, o terra, o maria Neptuni!

item ipse (*adelph.* II 1, 42):

Pro supreme Iuppiter! (*Γ′ α f c ζ*

95. *Et tragicus p. d. (*c ζ*)] Quia tragoedia semper dolores exponit (*Γ′ b c ζ*

96. ⟨Telephus⟩] Ab Achille uulneratus est et curatus (*Γ′ b V*

§ Peleus per insaniam dicitur occidisse matrem aut Focum fratrem suum; ob hanc causam exul factus est a ciuibus (*Γ′ V c ζ*

§ Exul uterque (*V*)] Aut quia uagabatur passim dolore perculsus, aut exul idest tristis (*Γ′ α b V c ζ*

97. § Proicit ampullas (*ν V*)] Idest irata uerba, inflata, grandia; omittit orationem tumidam et inflatam. Cum enim reges essent et in nimia erumna uersarentur,

1 premiserat *c* promiserat *ζ* 2 operumque colores] *om. f c ζ* 4 comicis *om. c ζ* 6 hi — dicunt] *om. c ζ* *18 semper] om. b* 26 percussus *c ζ* idest] *om. γ* 29 et *in nimia] et inimi a γ om. V c ζ*

alte loqui non poterant, summis calamitatibus mersi (*Γ′ α V c ζ*

*⟨Ampullas⟩] Idest fastuosa uerba (*Γ′ ε*

§ Sesquipedalia uerba (*V*)] Sesquipedalia proprie dicuntur sex pedes habentia. Vterque autem magna et elata uerba proicit et utitur communibus ut exul (*Γ′ b V c ζ*

98. § Si curat cor (*ν V*)] Hic uersus et superioribus et sequentibus iungi potest. Si uult me flectere ad misericordiam, deponet elata uerba. Cor spectantis tangimus, quando idonea uerba dolore proferimus, idest istae personae abiciunt elata uerba, si uolunt auditores ad misericordiam flectere (*Γ′ α V c ζ cons. m*

99. § Non satis est pulc⟨h⟩ra (*V*)] 'Pulchra' idest diserta, probata. Sunt quaedam poemata ⟨quae habent⟩ *οἰκονομίαν* et probata uerba, sed interdum carent uenustate (*Γ′ α b V c ζ*

*Dulcia] Idest ethica (*Γ′ b*

100. § Et quocumque uolent (*V*)] Habeant ergo haec, quae sunt probata, etiam uenustatem, et, quocumque uoluerint, animum auditoris trahant, siue ad misericordiam, siue ad indignationem (*Γ′ α b V c ζ*

102. §⟨Si uis me flere, dolendum est⟩] Quia substantiae harum rerum sunt formatae in animis nostris a natura, ut illud Ciceronis (*de orat.* II 45, 188):

Ardeat orator, si uult iudicem incendere

(*Γ′ α b f V c ζ*

104. § Male si mandata (*ζ*)] Quasi mandata, non

9 deponet *Γ′*] deponer& *V* deponat *α c ζ* 10 dolore *Γ′ V m*] dolenter *ζ* cum dolore *α* dolori *c* 11 uerba *Γ′ α c ζ*] *om. V* auditores *α ν V c*] *om. Γ* 13 pulchra — probata] *om. c ζ* pulcra *V* 15 OIKONOMIAM *Γ* OIKΩNΩMIΔM *V* OIKЄN|NOMIÃ *ν* econimiã *α spatium relictum in c ζ* set *γ* 18 *hoc lemma ante schol. u.* 102 *pon. V* 24 illut *r V* 27 *uu.* 104 *—195 DEFICIT cod. Hor. ν* Quasi — laetitia] *non leguntur in V, sed exhib.* aī = aliter et quae sequuntur, sed misere *corrupta*

quasi tua, sed secus quem (*leg.* quam) aut dolor mandat aut laetitia (*Γαb Vcζ*

Aliter: mandata a persona eius, quem loquimur; nam mandat nobis persona dictionem: quod si male dixerimus, ridemur (*ΓαV*

105. § Aut dormitabo (*Vcζ*)] Hoc grauius, quam 'ridebo'; alterutrum enim faciunt auditores, si sine affectu sit dictio (*ΓbVcζm*

106. *Quia debet seruare unicuique personae, quod est eius proprium (*Γb cons. cζ*

108. 109. § Format enim natura ⟨prius nos intus ad omnem fortunarum habitum, iuuat aut i. a. i.⟩ (*V*)] Idest affectus omnes habemus in animis nostris ex natura, et singuli mouentur, cum imagines suas uiderint in aliis (*Γαb Vcζ*

109. *Format enim natura (*cζ*)] Sensus est: poeta debet formare intra se personam aptam his rebus (*Γαcζ*

§ Delectat nos natura, cum delicata uidemus; nam natura irascimur, delectamur, miseremur (*ΓαVcζm*

111. § Post effert animi (*Vcζ*)] Idest extollit, sublimat; idest natura, quae me deiecit rerum miseratione, extollit prosperitate (*ΓVcζ*

*Modo deducit ad humilitatem, modo extollit ad iracundiam (*Γαc cons. ζ*

112. *Si dicentis e. f. a. d. (*c*)] Idest si non conueniunt uerba loquentis fortunae, ridebunt Romani (*Γcζ*

114. §⟨Intererit multum⟩] Non solum ad personarum dignitatem, sed etiam ad conditionem aetatemque aptanda sunt uerba (*Γαb Vcζ*

115. *Vnicuique personae proprius actus aptandus est (*Γεcζ ex Porph.*

1 set *γ* 3 aliter *γV*] uel *r om.α* quem *K.*] quam *codd.* 4 mandat nobis *Γα*] mandā *V* quod *γ*] quam *rαV* 18 nos natura] natura *V* nat: quippe *cζ* 21 deiecit] deijcit *c* dehicit *ζ* rerum] animi *cζ* 23 modo ded: — extollit] om. *ζ* humilitatem *K.] humanitatem codd.* humum Düntzer 28 set *γ* 30 apt:] formandus *cζ*

116. *Sedula (cζ)] Parata ad obtemperandum (ΓCcζ

117. *Vagus (c)] Qui passim nauigat (ΓbCcζ

118. § Colchus an Assirius, Thebis nutritus an Argis (c)] Nam Colchus non nisi s⟨a⟩euus inducendus est, Assyrius astutus, callidus. Ne inducas Argis natum timidum aut Thebis facias [im]peritum (ΓVcζ

119. § Aut famam s. a. s. c. f. (cζ)] Omnis [enim] poeta aut certam historiam dicit aut fingit; si ergo certam scribis, famam sequere, aut si fingis, habeat artem et uerisimilitudinem figmentum tuum (ΓVcζ

120. § Reponis (V)] Scriptis tuis recondis; quasi iterum reducis ac reddis uiuum carmine tuo. Vel etiam reponis 'scribis' aut 'transfers', quia alii dixerunt de ipso. Aput commentatorem (*Porphyrionem scil.*) sic inueni relatum: apud antiquos tragoediarum comoediarumque scriptores cum primum in scaenam prodirent, fauorabiliter excipiebantur, etiam si male agerent, ut illorum ad scribendum iterum alligarentur (*leg.* allicerentur *cum Porph.*) animi, et praetore cogente totam necesse erat peragi fabulam. Si uero iterum male egissent, incipiebant derideri; ideo dixit 'reponis', quasi 'iterum profers'. Alii sic exponunt: 'poni' dicitur 'agi' uel 'scribi', 'reponi' igitur idest 'itidem scribi'. Si ergo Achillem, de quo semel Homerus scripsit, uelis scribere, debes talem facere, qualem Homerus ostendit. Aut 'reponis' idest ad imitationem Homeri scribis (Γαb Vcζ

6 ne] nec cζ 7 timidum ζ] tumidum *cett.* peritum *edit.*] īperiū Γ imperium V imperitum c imperitus ζ imperiosum *C. Hermann* 8 enim *add.* V 9 dicit γV] tangit cζ *om.* r certam Γ] certum Vcζ 12 Seponis V scr: — recondis] *om.* cζ 13 ac reddis uiuum] *lacuna in* V 15 (aput r) 16 apud — profers] *ex Porph.* aꝑ α V apud *cett.* 17 scęna r scenam *cett.* 19 alligarentur Γαb Vc allegarentur ζ allicerentur *Porph.* 21 si Γαb Vcζ] sin *Porphyrionis codices* 24 idest] *om.* cζ, α *ineptit* itidem codd.] iterum edit. 26 aut — scribis] *om.* α aut] *om.* γ

122. *⟨Iura neget sibi nata⟩] Nesciat leges pro potentia sua, non propter ignorantiam (*Γb*

§ Nihil non arroget armis (*cζ cons. V*)] Nihil sit, quod non speret perpetrari per arma, quantum ad se spectat; quia unusquisque fiduciam suam priuatam credit, non existimans esse communem, idest ut sit praesumptor, ut habeat fiduciam uincendi, ut omnia armis deuindicet (*Γb Vcζ*

123. § Flebilis Ino (*cζ*)] Flebilis propter amissionem filiorum. Athamas, maritus eius, unum persecutus occidit, alterum, dum sequitur, fecit in maria desilire, quorum mater luget interitum (*Γb Vcζ*

§ Aliter: Ino uxor Athamantis fuit, quae furorem mariti fugiens se praecipitauit in mare cum filio, et dicta est Leucothea et filius eius Palemon, qui Melicertes antea dicebatur (*Γαb Vcζ*

124. § Perfidus Ixion (*V*)] Moris erat apud antiquos, ut ante ductas uxores nuptialia munera ultro soceris darent. Ixion ergo, cum filiam Eponei accepisset uxorem et dotem daret inuitus, scrobem fecit ingentem, quam igne repleuit ac summam leuiter cinere contexit. In hanc socerum, quem simulans ad cenam inuitauerat, mersit ac sic passus est uiuum illum exuri; ob hoc perfidus [ille] dictus est (*ex Porph.*); siue quoniam, dum conuiua Iouis esset, Iunonem de stupro temulentus appellare ausus est. Alii dicunt, quod ideo perfidus dictus sit, quod concedente Ioue coiit cum Iunone et postea patefecit (*Γαb Vcζ*

2 sua *γ*] *om. rb* 7 deuindicet *codd.*] diiudicet *Heraeus* uindicet *Hauthal* deuincat *Pauly* 9 fl: ino] *lemma ad u.* 126 *pertinens huc inserit V* 11 fecit in maria desilire] fecit desilire in maria *V* cecidit in mare *cζ* 12 mater luget int:] exitum flet mater *cζ* 13 aliter] *om. α* quae (que *c*) furorem] quem furorem *ζ* quem amentem *α* 18 nuptialia *r Vcζ Porphyrionis cod. P*] nuptualia *γ* nuptiali *α*, *b absc.* munera] *om. γ opp. etiam Porph.* 19 darentur *αb* 23 ille *Γ om. αb Vcζ* 27 coiit cum iunone Γb] concubuit cum iunone *α cum iunone* concubuit *cζ om. V*

*Io (α)] Quae in uaccam mutata ad Egiptum peruenit factaque Isis dea Egypti (*Γα*

*Tristis [H]Orestes (*c*)] Propter factam (*leg.* facti) conscientiam (*Γ sim. cζ*

125. *Siquid inexpertum (*cζ*)] Idest si nouum poema scribis et fingis nouam personam, caue ut sit constans usque ad extremum (*Γα sim. cζ*

126. Seruetur ad imum (*V*)] Idest usque ad finem, ut, si seuera ab initio fuerit, eadem ad finem permaneat (*Γ*; *V solum lemma exhibet, uid. adnot. ad u.* 123

128. *Difficile est proprie c. d. (*cζ*)] Hoc interrogatiue; ait (*leg.* at) enim dicunt difficile esse communia propriis explicare uerbis (*Γ sim. cζ ex Porph.*

§ 'Communia dicere', idest intacta; nam quando intactum est aliquid, commune est; semel dictum ab aliquo fit proprium. Item communia, idest non ante dicta, quia, siquid dixeris, iam tuum est proprium. Communia autem dixit, quia, quamdiu a nullo sunt acta uel dicta, singulis aeque patent ad dicendum, ut uerbi gratia: quemadmodum domus aut ager sine domino communis est, occupatus uero iam proprius fit, ita et res a nullo dicta communis est (*Γαb Vcζ*

131. § Publica materies (*Vcζ*)] Docet, quomodo aggrediatur aliquis carmen iam ab aliquo scriptum. Materies iam dicta, iam ab alio edita. Sensus hic est: nota, inquit, materia tum uidebitur quasi propria uniuscuiusque [esse], si nouo et non usitato genere dictionis ornetur. Aliter: publica materies p. i. e., idest etiam dicta materies, si eam cum arte fueris interpretatus, si non totam

1 Io quae] Io *α* 2 factaque *rα* facta *γ* dea *rα*] regina *γ* egypti *r*] egipti *γα* 8 idest] *om. r* 12 ait] at *K. ex Porph.* 13 propriis expl: u: *γ Porph.*] explicare propriis uerbis *r* 20 aut *γV*] uel *rαcζ, b euanuit* 24 ab aliquo *αcζ*] aliquo *ΓV* materies] materia *cζ* 25 ab alio *edita*] ab aliquo descripta *cζ* 27 esse *αVcζ om. Γ* 28 *aliter — imitari*] *om. α* aliter Γ] om. Vcζ publica e.] om. *cζ* 29 *totam* eam *Γ*] eam totam Vcζ

eam uelis persequi et singula communi fide imitari; nam quaedam praetermittere debes. Et poetica licentia pro 'materia' 'materies' dixit; materies enim lignum est. Publica, inquit, materies, ut est bellum Troianum, proprie tua fiet et quasi a te inuenta, si non uerbis uilissimis explicetur (*Γα Vcζ*

132. § Non circa uilem (*V*) p. m. o. (*cζ*)] Idest uacuum, inanem, quia uilem te facit totus orbis ad finem ductus, idest totum carmen, tota materia (*Γ Vcζ*

*Poema tuum uile facis, si uolueris totum orbem circumire, idest si totum poema imitari uolueris (*Γcζ*

§ Moraberis orbem (*V*)] Idest si non in hisdem uerbis sensibusque uerseris, quae ab aliis dicta sunt, ne magis interpres fias quam uerus dictor. 'Orbem' *κύκλον* dicit; namque *κυκλωκω* (*leg. κυκλικοί*) dicunt Graeci (*Γα Vcζ cf. Porph.*

133. § Nec uerbum uerbo curabis reddere (*cζ*)] Idest noli curare singula uerba interpretari, ne facias poema tuum uile. Interdum enim inueniuntur, quae in Latinitatem conuerti non possunt (*Γα Vcζ*

§ Verbum curabis (*V*)] Ideo non debes persequi omnia, quia sunt, quae implere non possis aut quae conuersa in Latinum placere non possunt (*Γα Vcζ*

§ Nec desilies i. in a. (*c*)] Sensus est: siquid transferes, non erit, inquit, fideliter interpretandum nec in has angustias descendendum (*Γ Vcζ*

135. § ⟨Pudor aut operis lex⟩] Idest nec ita te imitatione siue emulatione obstringas, ut procedere uel progredi longius erubescas. Nam pudor uetat nos a ma-

1 communi] communia *r* 5 tua] tuum *cζ* inuentum *cζ* 9 ductus] ductum *ζ* ducit *c* dictus *Γ V* 11 circuire *r* si] *om. cζ* imitari *cζ*] mutare *Γ* 12 in] *om. α* hisdem *γ α c*] isdem *r Vζ* 14 *κύκλωκω Γα V spatium relictum in cζ κυκλόω Hauthal κύκλον (sic) Pauly*; Porphyrion habuisse *uidetur κυκλικοί* 27 idest — nam] om. *m* idest] om. *cζ* *a te α Vcζ*] *te ita Γ*

ioribus incipere et in exiguum desinere, quia pudendum est inchoata deserere (*ΓαVcζm*

§ Aut operis lex (*ΓαVc*)] Quia operis lex est, ut c⟨o⟩epta perficiantur (*ΓαVcζ*

136. § Nec sic incipies (*Vcζ*)] Aliud praeceptum, et hoc est, quod praecipit: noli a grandibus et ab elatis uerbis incipere. Nam omnis poeta debet paulatim crescere (*ΓfVcζ*

§ Scriptor Cyclicus olim (*V*)] Cyclicus poeta est, qui ordinem uariare nescit, uel qui carmina sua circumfert quasi circumforanus; aut nomen proprium est Cyclicus et significat Antimachum poetam. Aliter: Cyclici dicuntur poetae, qui ciuitates circummeant recitantes (*ΓfVcζ*

137. *Fortunam Priami cantabo (*cζ*)] Antimachus sic inchoauit (*Γ

*Inquit ille Antimachus (*cζ

138. § Hiatu (*V*)] Idest hoc coturno. Quid dignum tanto pr⟨oo⟩emio et tanto ore possit afferre? (*ΓVcζ*

139. § Parturient montes (*cζ*)] Parturire montes dixit, quia a maioribus uersibus incipit et in processu uilescit (*ΓVcζ*

140. § Quanto rectius hic (*ΓVcζ*)] 'Hic' idest Homerus, qui nihil incipit inepte (*ΓVcζ*

143. § Non fumum ex fulgore (*c*)] 'Fumum ex fulgore' facere dicuntur hii, qui incipiunt a maioribus uersibus (*ΓVcζ*

145. § 'Antiphaten', Lami filium, dicit, qui Formianum oppidum condidit. Lestrigones sunt dicti s⟨a⟩eui

2 desinere *cζm*] definire *Γα* desinire *V* 4 cepta *Γ* epta *V* apta *cζ* 7 nam — crescere] *om. f* 11 est] *om. cζ* 13 ciuitates circummeant *K.*] ciuitates circumeant *Γ* circum ciuitates meant *cζ* circum ciuitates meū *V* circumeunt . . . ciuitates *f* 17 idest] *om. r* 19 parturire — quia] qui *cζ* *parturire rV*] parturient *γ* 22 quanto rectius] *om. Γ* Hic *V*] *om. cett.* idest] *om. γcζ* 25 hii *rV*] hi *γcζ* uersibus] *om. cζ* 27 antiphaten *bVcm*] antiphatem *γζ* antifiatem *r*

homines, ex quibus fuit Antiphates. Dicit autem ipsos Lestrigones, ad quos Vlixes delatus est, qui humana carne uescebantur (*Γb Vcζm*

146. § Nec reditum Diomedis ab i. M. (*c cons. ζ*)] Meleager et Tydeus fratres fuerunt. Antimachus poeta reditum Diomedis narrans coepit ab exordio primae originis, idest [c⟨o⟩epit] ab interitu Meleagri. Hic ergo praecipit longo pro⟨o⟩emio non esse utendum [quod est dictionis genus]. Superfluum itaque initium declinans Maro (*Aen.* I 34. 35) ita inchoauit:

> Vix e conspectu Siculae telluris in altum
> Vela dabant laeti (*Γ Vcζ*

147. § Nec gemino b. (*Vc*)] Idest Castore et Polluce. Gemino aut utriusque sexus aut magno aut pro trigemino. Idest nec Troianum bellum coepit ab ouo, ex quo gemini nati sunt Castor et Pollux, et est *ὑπαλλαγή* (*Γb Vcζ*

148. § Semper ad euentum (*V*)] Idest ad id, unde ordiendum est, quod dicunt Graeci *πρὸς τὸ ὑποκείμενον*, aut semper ad finem festinat, idest odit longa pro⟨o⟩emia. 'Semper ad euentum festinat' cogitans fastidium lectoris ad exitum operis properat; ideoque non est longius ⟨opus⟩ ab origine inchoandum. Sic Ilias Homeri a precibus

1 autem] *om. cζ* 6 ab exordio coepit *V cons. cζ* 7 cepit *om. cζ* 8 quod (q *V* qui *Γ*) est dictionis genus *glossema esse puto ad uocem* 'proemio' *additum; in codd. post uocem* originis *insertum est, plane om. cζ* 14 aut] autem *cζ* aut pro *rVcζ*] aut *γ b ut uid.* 15 nec] *om. Vcζ euanuit b* 16 gemini nati *γ*] geminati *rV* geniti *cζ edit., sed uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 119 et est *rVcζ*] *om. γ* 19 ΠΡΟΣΤΟΥΠΟΚΟΥΜΕΝΟΝ *r* ΠΡΟΣΤΟΥΠΟΚ///ΝΟΝ *b* ΠΡΟΣΤΟΥΡΟΚΟΫΝΕΝΟΝ *γ* ΠΡΟΣΤΟΥΠΟΚΟΫΝΗΝΟΝ *V spatium relictum in cζ πρὸς τὸ προσκείμενον edit., uerum intellexit iam Petschenig* 20 aut — prooemia] om. cζ aut] ad V *pmia V* 22 longius opus *K.*] longius bVcζ lucidius Γ *23 inchoandum Γb*] indicandum *Vcζ*

Crisidis sacerdotis incipit et Odissia a concilio deorum (*Γb Vcζ*

§ In medias res (*V*)] Ita aperte principia dicit, ut ex his media facile noscantur (*ΓVcζ*

149. § Rapit (*bV*)] Idest adducit bonus poeta auditorem quasi ad nota, hoc est ita a medietate incipit, quasi superiora nota sint (*Γb Vcζ*

149. 150. § Et qu⟨a⟩e desperat t. n. p. r. (*cζ*)] Idest bonus poeta relinquit ea, quae placere non possunt, hoc est: praeterit ea, quae in tractatu ingrata sunt (*ΓVcζ*

151. *⟨Atque ita mentitur⟩] [Scilicet] docet, quomodo falsa confingas (*Γcζ*

§ Ita mentitur, ut omnia congrua uideantur (*Γb Vcζ*

§ Atque ita ⟨mentitur⟩ (*V*)] Scilicet Homerus. Non ad uituperationem Homeri refert; nec enim ueritatem poetae pollicentur, sed discrepantiam in eo, quod fingunt, uitare debent (*Γb Vcζ*

§ Remiscet (*Γb Vζ*)] Pro commiscet, mutata praepositione, ut apud poetam (*Verg. Aen.* II 52):

Vteroque recusso

pro concusso (*Γb Vζ om. c*

153. § Desideret audi (*V*)] Idest [quid ego et populus desideret, idest] quid libenter audiant omnes [percipe, o scriptor] (*Γb Vcζ*

4 media] *om. Vcζ* 7 sint *Γbcζ*] sunt *V* 9 quae — ea] *om. c propter homoeoteleuton, exhibet ζ* 11 scilicet *om. γcζ* 13 ita mentitur] Idest ita misceantur *b* 14 scilicet *Γb*] *om. Vcζ* 16 set *γ* 18 remiscet] falsa remiscet *V* sic ueris falsa remiscet *ζ* *hoc schol. in codicibus admodum confusum est: nam sic legimus:* Pro commiscet mutata praepositione (prop: *V*) ut uteroque (utroque *Vζ*) recusso (recuso *V* recluso *ζ*) pro (*om. ζ*) concusso (*om. ζ* condiso *V*) apud (ut apud *γbVζ* apud *r*) poetam (poętam *ζ*) si non ueris falsa remisces *(remiscit b* commisces *rζ* cōmiscis *V* comiscis *γ*), *om. c* 22 quid — *idest] om. bcζ* 23 quid *γc*] quod *rbVζ* audiant *cζ*] *audiunt ΓbV* percipe o scr: *om. cζ* tu o scriptor audi *b*

154. § 'Plosoris' et 'plausoris' legitur; nam et plodere ueteres et plaudere dicebant, ut cludere et claudere (*Γ Vcζ*

155. § Aulea (*cζ*)] Antea qui ludos dabat, aulea suspendebat, quae in fine ludorum deponebantur. Aulea autem dicta eo, quod in aula Attali regis inuenta sunt deuicto eo (*Γ Vcζ*

§ [Aliter:] Idest qui usque eo expectet, donec tollantur aulea ad finem peractae com⟨o⟩ediae. Si uis, inquit, expectare populum usque ad finem fabulae tuae, donec dicat actor: 'Vos ualete et plaudite!'; et si uis, inquit, expectare plosorem, donec tollantur aulea, mores uniuscuiusque aetatis obserua (*Γ Vcζ cf. Porph.*

155. § Cantor (*bVζ*)] Idest actor. Idest donec finita fabula tollantur aulea. Cantorem uoluit appellare eum, qui hoc in imo dicit (*Γb Vcζ*

*. . . plaudite, quod in Plauto et Terentio frequenter habetur (*ε*

157. § ⟨Mobilibus . . . naturis⟩] Quae certis temporibus inmutentur, annis scilicet accedentibus. Et est magnum epitheton: quid enim natura mobilius? (*Γ Vcζ*

*Mobilibus (*ζ*)] Currentibus (*item cζ*), quia semper 'labuntur anni' (*carm.* II 14, 2) (*Γb*

§ Dandus et annis (*V*)] Puero, adulescenti et maturo seni τὸ[ν] *πρέπον*, idest decus tribuendum est. 'Annis'

1 plosoris] aṭ plosoris *V* 4 Aulea] *in V hoc lemma est*: Sessuri donec 6 attali *ζ*] atali *Γc* atala *V* 8 aliter *V*] *om. Γcζ* expectet *Γcζ*] exspectet *V* 10 expectare *Γcζ*] exspectare *V* populum — expectare] *om. ζ propter homoeoteleuton* ad *Γ*] *om. V* in *c* 11 actor *Γc*] auctor *V* ualete et *etiam Porph.*] *om. c* 12 inquit *γc*] *om. r V* expectare *Γc*] exspectare *V* plosorem *Γ V*] plausorem *cζ* 14 cantor] cantor uos *V* 15 tollantur aulea *cζ*] tollatur *Γb V* 16 hoc in imo *edit.*] in hoc mimo *Γ Vb* in hoc immo *c* in hoc . . . . (*sic*) *ζ* 19 quae *edit.*] qui *Γ Vcζ*; *quod quidem pertineret ad uocem* mores *u.* 156 20 inmutentur (imm: r)\ mutantur *cζ* *24 adulesc: cζ] adolesc: rb* adhulesc: *V* adholesc: *γ* 25 decus\ *cuique proprium cζ*

ad aetatem retulit; 'naturis', ut scias, quemadmodum debeat uir loqui et quemadmodum mulier (*Γb Vcζ*

158. § Iam scit puer (*V*)] Idest qui iam potest fari, ut Maro (*Aen.* I 409):

Ac ueras audire et reddere uoces?

idest puer, qui iam potest loqui. Sunt enim pueri, qui, quamuis agnoscunt quaedam, tamen non loquuntur, quale est illud apud poetam (*Verg. ecl.* 4, 60):

Incipe, parue puer, risu cognoscere matrem

(*Γb Vcζ*

§ Et pede certo (*Vcζ*)] Qui incedere possit iam firmo uestigio et incessu; nam infantes certum pedem non habent, quia tremunt membra eorum (*ΓbVcζ*

159. *⟨Signat⟩] Inprimit uestigiis suis (*Γb*

§ Gestit paribus (*V*) colludere (*cζ*)] Cum aetatis suae aequalibus ludere. Sic scribendus est atque formandus, ut cum paribus ludat, non cum sene (*Γb Vcζ*

159. 160. § Et iram colligit ac ponit temere (*cζ*)] Idest sine ratione. Nam pueri et sine causa irascuntur et temere illos decet iram deponere (*Γ Vcζ*

161. *Inberbus et inberbis, sicut inermus et inermis (*Γbcζ*

*⟨Custode⟩] Idest pedagogo (*Γb*

162. *Gaudet equis canibusque (*cζ*)] Terentius (*Andr.* I 1, 29. 30):

Aut equos
Alere aut canes ad uenandum (*Γbfcζ*

*Aprici (*cζ*)] Calidi (*Γbcζ*
*⟨Campi⟩] Patentis loci (*ycζ*

1 ut scias] docet enim cζ 7 locuntur *c* loquntur *ζ* 15 *iteratum hoc lemma perperam etiam ante sequens schol. pon. V* 19 idest *om.* cζ 23 idest] om. r

163. § Cereus in uitium (*Vcζ*)] Facilis comparatio. Idest pronus est adulescens ad uitium, aut quasi cereus ita flectitur in uitium, aut 'flectit' deest 'se' (*ΓbVcζ*

*⟨Monitoribus asper⟩] Contemptor pedagogorum (*Γ*

164. *Vtilium t. p. (*c*)] Tarde uidet utilia, quae prosunt sibi (*Γcζ*

165. *Sublimis (*cζ*)] Erectus, superbus (*Γbcζ*

*Cupidusque] Ardens ad omnia (*Γbcζ*

§ Et amata (*cζ*) relinquere pernix (*Vζ*)] Hoc est: uelox ad fastidium cupitorum, idest leuis, inconstans, cito, quae ante amauerat, contempnit (*ΓVcζ*

166. § Conuersis studiis (*Vcζ*)] Idest mutatis; idest iam uir factus non est 'prodigus aeris', sed cupidus reponendi (*ΓVcζ*

167. *Inseruit honori (*cζ*)] Ambitiosus efficitur, dat operam, ut honorem accipiat (*Γcζ*

168. § Commisisse cauet (*V*)] [Idest] cauet paenitenda committere, idest timet hoc facere, quod postea laborabit mutare (*ΓVcζ eu. b*

169. *Multa s. c. i. (*c*)] Docet, quae sunt incommoda senectutis, qui et laborant quaerere et qu⟨a⟩esita non tangunt (*Γbcζ*

170. *Quaerit et inuentis miser ab. (*ζ*)] Ex sua sententia Horatius 'miser' dixit (*Γcζ sim. b*

*Ac timet uti (*c*)] Scilicet quia nescit, quamdiu uiuat (*Γ(γb)cζ*

171. § Gelideque ministrat (*V*)] Gelide idest ener-

1 uicium *Vc* 2 adul: *c*] adol: *rζ* adhul: *V* adhol: *γ*, *b euan.* 3 flectit] *ergo auctor scholii habuit uar. lect.* flectit *pro* flecti deest] *om. cζ* 7 e: s:] sup: er: *cζ* sup: *b* 10 cupitorum *edit.*] cupidorum *codd.* 11 contemnens *c* contennens *ζ* 12 idest . . . idest] *om. cζ* mutatis] mutata uoluntate (uolumptate *ζ*) *cζ* 17 idest *r om. γVcζ* paenit: *r*] penit: *γVcζ* 22 non] aliquando non *cζ* 23 hoc dicit *horatius b* 25 *scilicet post* nescit *pon. cζ* 27 gelide Γbcζ] *om. V*

uate, quia omnes conatus senum inbecilliores sunt [ideoque parata non tangunt] (*Γb Vcζ*

*Ministrat (*cζ*)] Gubernat (*Γbcζ*

172. § Dilator (*Vcζ*) spe longus (*cζ*)] Quia per pigritiam semper senes differunt, quae facienda sunt, aut spem longiorem habent uiuendi, hac de causa parata non tangunt (*ΓVcζ*

*Spe longus (*cζ*)] Idest cum proximus sit morti, ea tamen sperat, quae longe sunt posita (*Γbcζ*

*⟨Auidusque futuri⟩] Idest cupidus futuri, quia semper senex timore mortis uiuere desiderat. Nam timor mortis desiderium uitae est (*Γb*

173. *Difficilis (*cζ*)] Durus ad pr⟨a⟩estandum (*Γ b c ζ*

*Querulus (*c*)] Iracundus (*Γbcζ*

*Laudator (*cζ*)] Laudat tempora pristina (*Γbcζ*

174. *Se puero (*cζ*)] Hoc est in pueritia (*Γcζ*

*⟨Castigator⟩] Increpator (*Γ*

*Censorque (*cζ*)] Obiurgator (*Γcζm*

175. § Adulescentibus 'ferunt', idest afferunt. Maro (*ecl.* 9, 51):

Omnia fert aetas, animum quoque (*ΓVcζ sim. m*

§ Anni uenientes (*cζ*)] Crescentes. Vsque ad quadragesimum annum siue quinquagesimum uenire dicuntur anni, inde iam recedere, idest abire. Omnes anni 'uenientes' dici possunt, etiam qui senibus accedunt, sed illi praecipue, qui accessu suo et corporis et animi augent uirtutem (*ΓVcζ*

1 ideoque (ideq, *V*) — tangunt (tangit *cζ*) *rbV, om. γ; haec sententia ex scholio sequente huc inrepsisse uideatur* 12 mortis *edit.*] uitae *Γ euan. b* 20 adulescentibus *rV* adholescentibus *γ* adol: *m om. cζ* ferunt] *om. r* f. *ζ* idest *rVcζm]* uel *γ* 23 crescentes ΓV\ om. cζ 25 recedere *I. Menrad Arch. f. l. Lexikogr.* IV p. 521\ abire codd. abire *Menrad]* recedere *codd.* 26 set *γ*

176. § Ne f. s. m. i. p. ⟨p.⟩que u. (*c*)] Idest ne forte des uerba senum adulescentibus aut adulescentium senibus (*Γb Vcζ*

178. § Semper in adiunctis (*cζ*) euoque morabitur aptis (*b*)] Hoc est: quae bene h⟨a⟩ereant et congruant et apta sint aetati. Et est iste ordo: semper in adiunctis et aptis aeuo morabimur, idest moribus semper utendum est, ut puero adiuncta sit leuitas, adulescenti feruor, seni maturitas (*Γb* (*sed paene prorsus euanuit*) *Vcζ*

179. § Aut agitur res in scenis (*cζ*)] Vt in Andria de puero, ut in Eunucho de Thaide. Dorias uerbi gratia irascitur ante populum. Medea ingressa occidit filios suos, postea refert hoc ad populum. Aliter: agitur res in scena, quando ostenditur Medea fugiens et iratus Orestes; refertur, quando docetur Medea filios peremisse; neque enim praesens exhiberi potest Medeae parricidium (*Γb Vcζ*

§ Vel sic intellegendum: quaedam in scaenis aguntur, ut puer expositus, uel acta referuntur, ut seruus e pistrino liberatus. Magis autem ad animos nostros perueniunt, quae fieri uidemus, quam quae audimus. Non tamen omnia in sc⟨a⟩ena agi debent, sed aliqua referri (*Γbf Vcζ*

180. Segnius irritant (*V*)] Excitant, delectant (*Γ V, euan. b*

§ Segnius irritant animos demissa per aurem (*ζ*)] Citius mouent spectatores ea, quae aguntur in scena, quam quae referuntur ad scenam *Γ*(*γb*) *Vcζ*

181. *Quia audimus s⟨a⟩epe falsa; quae autem uidemus, uera sunt secundum Stoicos (*Γ*

1 *schol. ipsum om. c* idest *Γ V*] *om. ζ* 2 adulescentibus *r* adhul: *γ* adol: *bVζ* adulescentium *r V* adholescentium *γ* adol: *bζ* 5 quae *ζ*] que *c* quod *Γb V* bene] *om. Vcζ* et congruant] *om. γ* 6 apta *Vcζ*] apti *Γ* est iste ordo *Γc*] est ordo iste *V* iste est ordo *ζ* 8 adul: *Vc*] adol: *rζ* adholescenti *γ* 13 et postea *f V* refert hoc *γ Vcζ*] hoc refert *r* hoc refertur *bf* *aliter*] *uel cζ* 16 enim] *om.* cζ 17 scęnis *r*] *scenis cett.* 18 *e pistrino*] epiferino *V* in epifermo cζ

182. *Ipse sibi t. s. (cζ)] Quia ipse mihi trado, quae uideo, et alter mihi tradit, quae narrat (Γbcζ

§ Non tamen intus (Vc)] 'Tamen' aut habundat aut: quamuis magis delectant, quae uidentur, quam quae audiuntur, tamen dignam rem intus geri non facias geri ante conspectum populi (ΓbVcζ

183. § Digna geri (V)] Idest quamuis populus delectetur factis, tamen non proferas in scenam, quae debent intus agi (ΓVcζ

185. § Nec pueros coram (V)] Pueros [idest] filios more Graecorum; quorum nomina haec: Medus et Mermerus (ΓVcζ

187. § Cadmus in anguem (V)] Cadmus et Hermiona in angues conuersi sunt. Nam Hermione filia Martis et Veneris dicitur fuisse. Dicuntur autem in angues conuersi propter occisum draconem, qui erat Marti consecratus, ex cuius seminatis dentibus dicitur acies armatorum surrexisse (ΓbVcζ

188. § Incredulus odi (Vcζ)] Idest non credens sic debere fieri, ac per hoc sperno atque contempno (ΓbVcζ

190. § Fabula q. p. u. e. sp. r. (c)] Idest quae uult posci a populo et reponi spectanda, ut denuo agatur, idest quae uult in auctoritatem uenire (ΓbVcζ

191. § Nec deus intersit (rVζ)] Subaudi fabulae; idest non debes inducere deum in scena, nisi sit causa subueniendi siue puniendi. Aliter: tum demum, inquit, inferri debet deus, cum digna res interuentu eius expri-

3 aut] *om.* cζ habundat ΓV] abundat cζ, *euan.* b 4 *nescio an ante* quamuis *exiderit aliquid ut* 'est sensus' 5 facias geri] facias cζ 8 factis Γ] factas V facta cζ *Pauly* in scena cζ 10 idest γ *om.* rVcζ 11 haec — mermerus] hac mediis et memeriis V *om.* cζ 18 surrexisse Γ] *euan.* b *om.* V nata esse cζ 22 *lemma in* V: Fabula q posci 25 sub: — *idest*] *om.* cζ sb γ om. rV 26 scena γVζ] scenam r *scenū c ceterum cf. appar. u.* 183 nisi sit] in tua fabula *nisi* cζ 27 tum — occidit] ex Porph.

mitur, alioquin male ponitur inter eos, ut siquis seruum suum uult occidere, sed magis cum filius patrem aut pater filium occidit. Item: tune, inquit, persona numinis debet interseri, quotiens adeo difficilis res est, ut nisi interuentu numinis explicari non possit; ut habemus apud poetam ingressum fuisse Turnum castra Troiana illicque multas e⟨a⟩edes inpune fecisse; incredibile est solum ista omnia implere potuisse; uidit hoc poeta nimis arduum et subiunxit (*Verg. Aen.* VIIII 764):

Huic Iuno uires animumque ministrat (*ΓVcζ*

192. *Nec quarta loqui p. l. (*cζ*)] Non dixit 'taceat', sed 'non laboret in loquendo', scilicet quo apertior sit dictio. Quarta persona quando inducitur, debet aut non omnino loqui aut non multa loqui. Inducitur autem, aut ut annuat aut ut ei aliquid imperetur (*Γcζ*

*Loquentes uero, idest qui ipsam fabulam narrent, non amplius quam tres, licet aliter reperiatur in com⟨o⟩ediis et trag⟨o⟩ediis (*Γ cons. Porph.*

193. 194. *Actoris partes chorus o. u. d. (*ζ*)] Quando uir agit, uirorum chorus debet induci. Chorus, inquit, non multarum personarum actus defendat, sed unius suscipiat. Non ideo, inquit multarum personarum partes suscipiat, quia in choro multi sunt, sed uirilem partem tueatur, hoc est unius uiri. [Virili autem non aliqua re tuta, sed quod unumquemque contingit.] Est autem ordo: chorus defendat partes actoris et officium uirile. Alii sic exponunt: etiamsi mulierum chorus sit, eodem nomine appellatur, nec interest aliquid, an mulierum sit chorus an uirorum, dummodo uerba conueniant (*ΓbcζA*

1 inter eos ut *γ*] inter eos *rVcζ* in eos *Porphyrionis codex U* ut in eo *Porph. edit.* 2 set *γ* 3 inquit *r*2 *corr.cζ*] inquid *ΓV* 5 non *γ*] *om. rV, post* ut *inserunt cζ* 6 troiana castra *r* 7 inp: *Γ*] imp: *Vcζ* est] *om. γ* 10 huic iuno *Verg.*] nunc *iuno cζ* nunc *V* iuno Γ 12 sed] set *γ* *apertior*] *aptior rcζ* 13 aut non *rc*] non *γ* & non *ζ* 16 *idest*] *uel γ* 25 set *γ* 28 an] *om. r* euan. *b*

194. Defendat (*Vcζ*)] Fungatur (*Γ V*

§ ⟨Neu quid medios intercinat actus⟩] Mire dixit; neue, inquit, ipse chorus inter medios actus aliquam rem cantet incongruam, idest id canat, quod ad praesentem rem aptum sit (*Γ Vcζ*

§ Idest nec chorus aliquid discrepet ab argumento neque aliquid inter medios actus debet absurde cani, idest inter actus uiri ne inducas chorum mulierum (*Γ Vcζ*

196. *Docet, qua causa chorus debet induci: ut faueat bonis et consilietur amice (*Γ′ cζ*

197. *Et regat iratos (*ζ*)] Compescat (*Γ′ cζ*

*Peccare t. (*cζ*)] Innocentes (*Γ′ (rbν) cζ*

198. *'Salubrem', quia ibi semper incolumis salus est, ubi est iustitia (*Γ′ cζ*

199. § Otia portis (*V*)] Idest pacem, quia in pace portae patent, ut (*Verg. Aen.* II 27):

Panduntur portae;

[et] contrario (*Aen.* VIII 385. 386):

Quae moenia clausis
Ferrum acuant portis (*Γ′ Vcζ*

*Ille tegat commissa (*cζ*)] Idest non palam faciat credita consilia (*Γ′ bcζ*

202. *Tibia non, ut nunc, ori. i. t. (*c*)] Docet procedente tempore multa mutari. Tibia ante non erat neque ita ornata neque tam multis foraminibus. Tubae emula modo uero et ornata est et tam multa habet foramina, ut sonet quemadmodum tuba. Ostendit autem luxuriam recentem et ambitionem natam esse, antiquitatem uero seueram fuisse. Nam prius tibia non erat ambitiosa nec multis distincta foraminibus. Varro autem ait in tertio

1 fungatur *Γ V*] tueatur *cζ* 6 idest] *om. cζ* nec *Γ*] *ne Vcζ* 9 *REDIT* cod. *ν* 10 amice *cζ Hor.*] amico *r* *amicis γν* 13 salubrem *γ cζ*] om. *r ν* 15 ocia V 18 et *cζ* *om. Γ′ V* 26 tam *ν cζ*] ita Γ

disciplinarum et ad Marcellum de lingua Latina: quattuor foraminum fuisse tibias apud antiquos; nam et se ipsum [ait] in Marsiae templo uidisse tibias quattuor foraminum. Quaterna enim foramina antiquae tibiae habuerunt; alii (*ut Porph.*) dicunt non plus quam tria (*Γ′cζ*

204. *Idest paucis spectantibus sufficiebat, inquit, breuis tibia ad sedilia populi complenda, quae eo tempore adhuc non erant spissa atque densata (*Γ′bcζ*

205. § Vtilis atque (*V*)] Idest nondum erat utilis tibia ad sedilia populi complenda, idest inplere flatu suo spissa theatra uel aures omnium spectatorum (*Γ′b Vcζ*

206. *Idest ad sedilia, idest ad theatrum pauci conueniebant (*Γ′bcζ*

209. Vinoque diurno (*ν*)] Ostendit nimiam li⟨berta⟩tem, si die uina sumebant, quae nocti et cenis magis conuenirent (*Γ′bV*

§ Postquam cepit a. e. (*c*)] Idest postquam c⟨o⟩eperunt homines ita epulari uelut in festis diebus et postquam coeperunt inpune uti conuiuiis quasi sacris cenis, creuit luxuria (*Γ′ Vcζ*

210. § Placari Genius (*Vcζ*)] Deest 'c⟨o⟩epit' (*Γ Vcζ*

Quia diurno uti consueuerat uino (*Γ V*

*⟨Festis⟩] Quasi festis (*Γcζ*

*Impune (*cζ*)] Idest non contradicente lege aut moribus (*Γ′cζ*

211. § Accessit numerisque (*V*)] Quia antea tres erant cordae, post septem factae sunt, deinde nouem (*Γ′ Vcζ*

1 et] *temere del. Cruquius* 3 ait *om. cζ* 8 densata *vcζ*] densa *Γb* 9 idest] *om. cζ* 10 inplere *γ*] implere *rvV* complere *cζ, b eu.* 14 libertatem *Hauthal*] litem *Γ V (nisi quod* nimia lite *r)* lité *b (sic)* 19 inpune Γ V] impune *vbcζ* 24 *festis*] *feriis r* 28 nouem Γ′] octo c uni (= octo) ζ, *euanuit V, decem Fabricius*

Modisque (*v*)] Idest modulationibus; ac si diceret: ut omnia creuerunt pro magnitudine ciuitatum et populorum, ita auctae sunt etiam tibiae (*Γ′ V*

212. Indoctus quid enim (*V*)] Inperitus rerum populus (*Γ′ V*

213. § Turpis honesto (*V*)] Idest postquam coepit esse indoctus populus, sine differentia coeperunt esse omnia, et hac de causa ⟨ad⟩ delicias inuenerunt tibicines, ut populus uoluptatibus teneretur. 'Confusus' autem est mixtus. Dicit autem causam, per quam creuit licentia: propter inperitiam populi, et quia nulla erat differentia inter bonos et malos (*Γ′ V c ζ*

214. *Motum (ζ)] Gestum corporis (*Γ′ c ζ ex Porph.*

§ Addidit arti (*V*)] Propter multitudinem foraminum, ideo et tibiarum supra modum aucta est magnitudo (*Γ′ V c ζ*

215. § Vagus per pulpita (*V*)] Propter gestum 'uagus', quia non [in] uno loco neque iam uno modo tibicen, sed uarie huc atque illuc sese circumfert (*Γ′ f V c ζ*

*Per pulpita (*cζ*)] Per tabulas scaenae (*Γ′ b c ζ*

*⟨Vestem⟩] Pallium (*Γ′ b*

216. *Sic etiam fidibus u. c. s. (ζ)] Idest soni, modi insolentiores siue numeri; nam prius tetrachordi erant citharoedi (*Γ′ c ζ cons. b*

§ Creuere seueris (*V*)] Antea enim lyra septem cordas habuit tantum, postea excogitata est cithara (*Γ′ f V c ζ ex Porph.*

§ Cithara monochordos fuit, deinde paulatim dextra l⟨a⟩euaque addentes ... ponebant tragoediis satyrica dramata, in quibus salua maiestate grauitatis iocos exercebant se-

1 idest *Γ*] *om. v V* 4 q = quod *V* inper: *Γ* imper: *v V* 8 ad *edit.*] *om. Γ′ V c ζ* tibicines] *om. r* 11 inper: *Γ*] imper: *v V c ζ* 18 uno l: *γ v f V*] in uno l: *r c* iam uno l. *ζ* 19 set *γ* atque] *om. f* 20 per] idest per *r* 26 est *Γ′ f c*] *om. V* 28 monoch: *γ V*] monocordos *v c ζ* monocordis *r f* 29 addentes *f c*] addent Γ V; lacunam statuit K. satyrica *v f V c*] satirica Γ

cundum Cratini institutionem. Is enim primus Athenis, Dionisia dum essent, satyricam fabulam induxit; alia autem satyra est illa mordax, ut Lucilii, Horatii, Persii, Iuuenalis. Hae autem fabulae satyricae dicuntur, ut tragicae et comicae (*Γ′fVcζ*

Seueris (*Γ′*)] Idest probatis, ad sacra necessariis; nam quae sacris adhibebantur, non erant fluxo, quo nunc sunt sono, antea, sed austero et simplici (*Γ′V*

217. *Tulit (*c*)] Protulit (*Γ′cζ*

§ Insolitum eloquium (*Vcζ*)] Idest nouum eloquium, nouam eloquentiam, hoc est inflatam et non propriam (*Γ′Vcζ*

*Sic facundia lapsa est in loquacitatem (*Γ′cζ*

§ Facundia praeceps (*cζ*)] Facundia est iucunda eloquentia, unde facundus ⟨id⟩est fatu iucundus. Sed facundia praeceps est, quaecumque cum ingenti impetu fertur (*Γ′bVcζ*

§ Eloquentia quoque, quae antea fuerat necessaria et utilis circa prouisionem futurorum, c⟨o⟩epit furibundae et Delphicae similis esse, amissa moderatione (*rvVcζ*

218. 'Vtilium rerum sagax' philosophia prouisione futurorum utilis erat [c⟨o⟩epit furibunda Delphicis similis esse] (*ΓV*

*Vtiliumque sagax (*cζ*)] Inuentrix (*Γ′bcζ*

*Et diuina futuri (*cζ*)] Gnara. Prudentiam siue philosophiam dicit enituisse studio, quae ita futura praeuidet, sicut diuinatio (*Γ′bcζ*

2 satyricam *vc*] satiricam *ΓfV* 3 satyra *vVcζ*] satira *Γf* horatii] *om. cζ* 4 satyricae *vf*] satyrice *Vcζ* satiricae *Γ* 5 et] *om. rV* ut *edit.* 6 Creuere seueris *V* 7 fluxo *edit.*] fluxu *Γ′V* 14 preceps *ζ* est *rvV*] *om. γcζ*, *b euanuit* iucunda *vV*] ioc: *Γc₂ in ras. ζ*, *b euanuit* 15 idest *K.*] est *V om. Γ′cζ*, *euan. b* iucundus *rvV*] ioc: *γbc*, *ζ parum liquet* 16 que cūq, *γ* quę q, *V* quae *rvb ut uid. ζ* que *c* inpetu *r* 18 fuerat *v*] pura ac *rV om. cζ* necessaria *rv*] nec: erat *Vcζ* 22 c: — esse del. K. ut falso *iterata ex schol. antecedente, totum* schol. om. *vcζ* cepit furibunda *γ cepit furibunda* et *r* fueris unda et *V*

219. *Sortilegis (cζ)] Sortes dantibus, per quas futura noscuntur (Γ′ bcζ

220. § Carmine q. tragi. (ν)] Docet, quomodo mutata est disciplina poetarum; nam primus Thespis tragoediam scripsit (Γ′ bf Vcζ

§ Vilem certauit ob h. (c)] Hircus fuit praemium tragoediae, unde et tragoedia dicta est; tragos enim Graece hircus appellatur (Γ′ bf Vcζ

221. § Mox etiam (Vcζ)] Non multo post uel alio carmine Satyros induxit, qui nudi pinguntur, nam docet, unde sit nata satyra, ex tragoediis scilicet (Γb Vcζ

§ 'Satyros nudauit' idest postea etiam satyram adiunxit tragoediae. 'Nudauit' autem, quod liberius in ea et dicantur et fiant pleraque (Γ′ b Vcζ

222. § Incolumi grauitate (γν V)] Carminis scilicet; et asper tragoedus ita admiscuit iocum, ut seueritatem seruaret incolumem (Γ′ Vcζ

§ Iocum t. (ν)] Idest quamuis esset asper, sic iocatus est tragoedus per satyram, ut non amitteret grauitatem. 'Asper' autem seuerus, et hoc ad habitum retulit, quia proteruia quaedam in satyricis et dicuntur et fiunt (Γ′ b Vcζ

222. 223. § Eo quod illecebris (νcζ)] Ideo admiscuit tragoediae satyram, ut per inlecebras teneret spectatorem. Antea non uoluptatis causa inuenti sunt ludi, sed religionis; ideo satyram admiscuit tragoediae,

2 p̄noscuntur *b* 4 (thespis *recte r corr. ν*) 6 *pro l.* Vilem certauit ob h. *ν V ζ hoc exhibent:* Cantauit ob hircum (hyrcum *ν* h. *ζ*) 8 appell: dicitur *r bf* 9 uel *γ Vcζ*] idest *r om. ν eu. b* 10 satyros *b ν Vcζ*] satiros *Γ* 11 satyra *b ν Vcζ*] satira *Γ* ex] et *ν V euan. b* 12 satyros *ν b Vcζ*] satiros *Γ* satyram *γ b ν Vcζ*] satiram *r* 15 incolumi *ν Vcζ*] incolomi *Γ* 19 satyram *ν bcζ*] satiram *Γ V* 21 proteruia *r corr. ν*] propteruia *r pr. γ* propter uia *V* proterua *cζ et b ut uid., sed euanuit; cf. Auson. Mos.* 172 *et perioch. Odyss.* 22; pro proteruia *coni. Hauthal* satyricis *r*] satiricis b satyricos *ν V* satiricos *γ* satyros *cζ* 24 *tragoediâ* satyræ *b* satyram *r ν Vcζ*] satiram *γ* inlecebras *γ ν V*] illecebras *r bcζ* 26 satyram *b ν Vcζ*] satiram *Γ*

quia spectator erat 'grata nouitate' retinendus, qui spectator ueniebat post sacrificia iam pransus, iam potus. Inlecebris autem, quia habet satyra inlecebras, quae iocum continet et risum mouet (*Γ'bVcζ*

224. *⟨Functusque sacris⟩] Aut obseruantia et sacris, aut feriatus et omnia neglegenter accipiens (*Γ'cζ*

*Exlex (*b*)] Securus, sine lege (*Γ'bcζ*

225. § Verum ita risores (*νV*)] Ita debet admisceri satyra tragoediae, ut personis suum decus seruetur. 'Risores' Satyri aut quia risum mouent aut quia rident res humanas (*Γ'bVcζ*

*Commendare (*ν*)] Insinuare, dicere (*Γ'b*

§ Commendare (*ΓbVcζ*)] Scilicet spectatoribus: omnia enim, quae dicuntur a poetis, ita debent dici, ut commendari uideantur, idest ut libenter accipiantur. 'Dicaces' autem iocosos, liberos, ad dicendum mordaces (*Γ'bVcζ*

226. *Cum ludo, uidelicet cum satyra (*Γ'cζ*

227. *Ne quicunque deus, quicunque adhibebitur heros (*ζ*)] Subaudis: in carmine tuo, o poeta (*Γcζ*

229. *Migret in o. h. s. t. (*c*)] Hoc docet, ut consonantia dicamus (*Γbcζ*

*Humili serm. (*ν*)] In humilem modum, idest ne humiliter loquatur. Tabernas autem humilia cubilia siue casas dicit (*Γ'cζ*

230. *Aut dum uitat h. n. et i. c. (*cζ*)] Ne, dum facis illum humilitatem uitantem, facias [illum] inter nubes caelumque uersari (*Γ'cζ*

231. *Effutire (*νcζ*)] Hic emittere. Proprie autem 'effutire' est inepte loqui (*Γ'cζ*

2 potus *Γb*] pociis *V* potatus *νcζ* illec: *rbcζ* 3 satyra *νVcζ*] satira *Γ euan. b* illec: *rcζ euan. b* 5 obseruantia et sacris] obseruanda sacra *cζ*; *fort. leg.* obseruando sacrificia 8 ita *in lemm. om. V* 9 satyra *νbVcζ*] satira *Γ* 10 satyri *νbVcζ*] satiri *Γ* res rident cζ 15 accipiantur\ *aspiciantur cζ* 23 cubilia humilia *ν* 24 dicit *r*\ om. *γνcζ* 26 *illum om. cζ*

*Illum ait tragicum poetam, quem non decent leuia; raro debet satirica scribere, et si scribet temperate, debet Satyrorum procacitati satisfacere (Γ′cζ

232. *Vt matrona festis diebus saltare iussa cum uerecundia moueri iubetur (Γ′cζ

*Vt festis matrona m. i. d. (c)] Sunt enim quaedam sacra, in quibus saltant matronae, sicut in sacrificiis Matris deum (Γ′fcζ

233. *Proteruis (cζ)] Aut quia uitia notant aut quia student risui. Nam et ipsa tragoedia paulum pudibunda debet esse, quae miscetur satyris (Γ′fcζ

234. *Non ego in. (cζ)] Non tantummodo rustica et propria uerba [et nomina] quaero in satyris, sed etiam decus personarum (Γ′cζ

*Inornata (νc) ⟨et dominantia nomina⟩] Vt 'pestilitatem' ueteres usurpata auctoritate, aut quae Graeci kyria uocant, aut quae reges loqui solent, idest tumida (Γ′ c ζ

*⟨Inornata⟩] Propria (*gloss.* ε

*Et dominantia nomina (cζ)] Proprie significantia. Dominantia enim nomina sunt, quae propriis uocabulis nuncupantur, ut libri, capsa, pagina. Haec autem non adeo propria sunt, ut: uirtus me fregit Aeneae, quod est Aeneas (Γ′cζ *ex Porph.*

*Sensus est: ego, inquit, non uerba sola amo, quando satyras scribo, quae sunt inornata et dominantia, idest paulo sordidiora et ipsis Satyris congrua; dominantia autem, quae, nouitate inflationis assumpta, sua tantum auctoritate nitantur, sed et ea, quae habeant aliquem ornatum et non omnino sine auctoritate sint, ut regum sermo est (Γ′ c ζ

7 in quibus] quibus cζ sacrif:] sacris cζ 11 misceatur cζ 13 et n: γν *om.* rcζ 16 ueteres usurpata auctoritate (aueteritate ν) Γ′] *om.* cζ 17 kyria ν\ cyria rζ cyrria c ciria γ *aut q: r:*] ea que r: ζ idest] om. cζ 22 libri capsa *Porph.*] libricosa γ lubricosa rνcζ 29 set γ

235. *Satyrorum (*c*)] Pro satyrographorum (*Γcζ*

236. § Nec sic enitar (*ν*)] Idest non sic uolo esse differentiam inter satyricum et tragicum, ut in moribus nulla sit differentia, ut eodem modo seruet aetates satyricus, quemadmodum tragicus (*Γ′ Vcζ*

§ Idest nec sic uolo discrepare satyram a tragoedia, ut persona non habeat decus suum (*Γ′ Vcζ*

§ Satyricam fabulam sic ait scribi oportere, ut sit inter seueritatem tragoedíae et lenitatem (*leg.* leuitatem) com⟨o⟩ediae medio temperamento figurata (*Γ′ Vcζ*

*⟨Colori⟩] Stilo (*Γ*

237. *Dauus (*cζ*)] Induxit hic comicam personam, cum de satyris loqueretur (*Γ′cζ*

238. § Pithias (*V*)] Quae ausa est eludere dominum suum; non dicit de Pythia Terentiana, sed quae apud Lucilium (*leg.* Caecilium) tragoediographum (*leg.* comoediographum) inducitur ancilla per astutias accipere argentum a domino; nam fefellit dominum suum et accepit ab eo talentum (*Γ′ f Vcζ*

*Pi[n]thias (*ν*)] Haec eadem meretricula rapax, ut Thais, quae lucrum fecit (*Γ′fcζ*

*Emuncto (*c*)] Deriso, eluso, ut (*Terent. Phorm.* IIII 4, 1):

Emunxi argento senes (*Γ′cζ cons. b*

239. *Dicendo 'custos' grauiorem personam ostendit (*Γ′cζ*

*⟨Dei⟩] Liberi, quoniam ipse eum nutriuit (*Γ′cζ*

1 satyr: *rcζ*] satir: *γ* 3 satyr: *rνVcζ*] satir: *γ* 6 satyram *rνcζ*] satiram *γV* 8 satyr: *rνVc*] satir: *γ* 9 *em. K.* 10 medio *rνcζ*] *om. γV* 12 *uu.* 237—333 *DEFICIT cod. b* 15 (pythia *rζ*) quae *γ*] *om. rνfVcζ* 16 Caecilium *Orelli prob. Ribbeckio fr.* XXXVII; *lectionem codicibus traditam defend. I. Becker mus. Rh.* V (1847) p. 38 sq. 21 fecit] *facit cζ* 22 deriso eluso] deluso *cζ* 24 senes] *senem cζ*

240. § Ex noto fictum (*Vcζ*) carmen s. (*ζ*)] Argumenta satyrica ex tragoediis notis confingam (*Γ′ Vcζ*

§ Idest fingam carmen, quod ex nota possit esse materia, idest ita fingo carmen et ita compono com⟨o⟩e-diam ex notis rebus, ut quiuis existimet se posse imitari (*Γ′ Vcζ*

241. 242. § Laboret ausus idem (*γνbVcζ*)] Cum adgressus fuerit; nam uirtutis est ita scribere comoediam, ut imitationi facilis uideatur, ⟨difficilis si⟩t exsecutioni. Quis enim nescit modum litigandi, quomodo obiurgat pater filium, adulescens irascitur meretrici et alia huiuscemodi? (*Γ′ bVcζ*

242. § Tantum series (*V*)] Idest ordo rerum, diuisio operis, ordo uerborum, *οἰκονομία*, compositio uerborum, idest tantum ualet ordo et compositio, ut eas difficile sit imitari (*Γ′ Vcζ*

243. § De medio sumptis (*ν*)] Idest rebus, quae aptae sunt comoediae. Nam de medio, hoc est ex noto sumptae scribuntur; aut 'sumptis de medio' idest de his, quae nota sunt sensibus seu uerbis aut ex serie et iunctura uerborum (*Γ′ Vcζ*

244. § Iudice Fauni (*V*)] Aut iudicium meum caueant, aut iudice me, idest poetae deducti de siluis timebunt iudicium meum: ita sum optimus iudex. 'Deducti' autem 'de siluis' ideo dixit, quia solent poetae dicere in siluis agere, idest in Helicone et in aliis similibus lucis.

1 *in V lemma falso loco ad u.* 236 *adscriptum* 2 satyrica *rνζ*] satirica *γVc* 3 carmen — compono] *om. c* esse materia possit *V* 4 fingo *Γ Vζ*] fingã *ν* , compono] *om. etiam ζ* 7 ausus idem *r*] autem *γνbVcζ* 8 adgr: *γV*] aggr: *rνbζ* agr: *c* 9 imitationi — exsecutioni] imit (*sic*), *deinde lacuna in r* difficilis sit exsec: *K.*] et executioni difficilis *edit.* et ex:, *om.* difficilis, *Vcζ* ex:, *om.* et *et* difficilis, *γνb* exsecutioni *γνb* exsecucioni *V* executioni *cζ* 13 idest] *om. cζ* 20 seu *rVcζ*] siue *γν* 23 de] om. *cζ* 25 de] *om. cζ* ideo — siluis] *om. γ* dicere] discere *cζ* dici Hosthal 26 agere] et agere *cζ*

Timebunt ergo, ne uideantur non uti poeticis uerbis, ne illos uituperem, quasi utentes forensi oratione (*Γ′ Vcζ*

*⟨Fauni⟩] Pro Satiris posuit (*Γ*

245. *Aliud praeceptum, idest non debent iocari in poemate, ut nati in triuiis uel in foro uideantur, hoc est: habeat modum iocus eorum, idest ne sint nimium delicati, sed habeat seueritatis aliquid carmen ipsorum (*Γ′fcζ*

*⟨Paene forenses⟩] Idest ne uulgares uideantur (*I*

246. *⟨Iuuenentur⟩] Luxurientur (*Γ′*

247. § Aut inmunda (*νζ*)] Idest non propria, non Latina, sed inmunda et ignominiosa, *κατὰ τὸ αὐτό*. Necesse est enim, ut inmunda ignominiam trahant (*Γ′fVcζ*

248. § 'Equus' equestris [ordinis] dignitas, ⟨'pater'⟩ senatoria, unde 'patres conscripti'. 'Res' autem census et patrimonium, ac per hoc honestiores et docti (*Γ′ Vcζ*

249. *Nec siquid fricti (*ν*)] Idest neque probant equites Romani, siquid laudatum fuerit a uulgaribus (*Γ′*

§ Vnde etiam trimetris (*cζ*)] Sensus hic est: iambus citus uoluit sex pedum uersum trimetrum uocari, cum soleant poetae pedem unum 'metrum' uocare. Iambus uoluit duos iambos metrum uocari propter suam celeritatem. Quaeritur autem, cur trimetri appellentur, cum senos accipiant pedes? Quoniam tanta breuitas est eorum, ut iunctura pedes binos accipiat (*Γ′ Vcζ cons. Porph.*

*Trimetris (*ν*)] Ex sex iambis tres diiambi facti sunt (*Γ′*

254. § Primus ad extremum similis sibi (*cζ*)] Ordo est hic: primus ad extremum similis sibi pridem, non ita nunc. Sensus autem hic est: primus iambus aliquando usque ad extremum erat sibi similis, idest antea totum

7 ipsorum *Γ′f*] illorum *cζ* 8 idest] *om. r* uideantur uulgares *r* 11 *κατὰ τὸ αὐτό*] *κατατόαυτον Γ′ om. f* ΚΔΤΔΤΟΔΥ *V, lacuna in cζ, sed in hoc additum* aut o. v. 13 ordinis *Vcζ om. Γ′* 18 sensus hic est] om. *cζ* 23 breuitas *est Γ′ V Porph.*] *est* breuitas *bcζ* 28 est hic bVcζ] hic est *r est rν* ad extremum] *om. Vcζ*

iambicum metrum ex iambis constabat, nunc [autem] adhibentur etiam nothi (*Γ′ Vcζ*

255. § Tardior ut p. (*cζ*)] Iambicum metrum, ut paulo tardius resonaret, in inparibus locis, [primo, tertio, quinto] suscepit spondeum; nam ante soli iambi ponebantur (*Γ′ Vcζ*

256. § Stabiles (*Vcζ*)] Idest tardos, ad comparationem iambi tardiores, cunctatiores (*Γ′ Vcζ*

258. 259. § In Acci n. t. a. (*ζ*)] Accius et Ennius legem metri in fabulis minime seruauerunt: nam quosdam uersus longiores habent (*Γ′ f Vcζ*

260. § In scenam missos cum magno p. u. (*ζ*)] S⟨a⟩epe uersus quamuis magnum sonantes reprehendit iudex, aut quasi sine cura factos, aut quasi sine arte, quia non sufficit, si magnum sones, sed debes etiam cum arte scribere et cura. Monet, ne aut neglegenter scribatur tragoedia aut inperite. Multi, inquit, uituperant uersus missos in scaenam aut celeres aut imperitos (*Γ′ Vcζ*

Pondere uersus (*V*)] Tragoediae scilicet. Vult autem ostendere, quod admittitur etiam ad tragoediam spondeus (*Γ′ V*

261. § Oper⟨a⟩e (*V*)] Celeritas, idest neglegentia aut inperitia uituperatur in tragoedia (*Γ′ b Vcζ*

262. § Crimine turpi (*V*)] Quia aut neglegentia spondeos non admiscet aut per inperitiam in incongruis locis ponit. Dicit spondeos Enni quoque uersus crimine premi (*Γ′ Vcζ*

264. § Et data R. u. (*ν*)] Quia quemuis facit pronum licentia peccandi. Nam Ennium uidetur carpere,

1 autem *om.* *rcζ* 4 in] *om.* *cζ* inparibus *γ*] imparibus *rν Vcζ* primo — quinto] *om.* *rν Vcζ* primo *K.*] ·i· = idest, *mendose pro* ·I· = primo, *γ* 14 quasi] *om.* *cζ* 15 set *γ* 17 inperite *V*] imperite *cett.* 18 scenam *r*] scenam *cett* 22 celeritas] *om.* *cζ* 23 inperitia *γ*] imper: *rν Vcζ* 24 aut] *om.* *cζ* 25 iperitiam *γc*\ imper: *rν Vζ* *in*] *om.* *cζ* 26 enni *rν*\ ennii *γcζ* enim V 28 quia — carpere] uidetur autem ennium carpere *cζ* om. V propter homoeoteleut

quia Romanus poeta non debet ueniam petere; nam debet summus esse (*Γ' Vcζ*

265. § Idcircone uager (*ν*)] Non seruem legem carminum, si non iudicatur de erroribus poetarum? Ideo ergo scribam non seruans legem poematis neque ordinem, quia uenia datur? (*Γ' Vcζ*

265. 266. *Visuros p. p. t. (*c*)] An cum putauero omnes uisuros mea peccata, ero tutus? (*Γ' cζ*

267. 268. § Vitaui denique c. (*cζ*), non laudem merui (*ν*)] Quodsi culpa caream uersuum, numquid et laudem mereri possum? Data, inquit, uenia culpam uito, non laudem promereor (*Γ' Vcζ*

268. § Exemplaria Graeca (*V*)] Graeci enim optime et caute scripserunt; eos legite et ipsos sequimini; nam Latini inmoderati sunt (*Γ' Vcζ*

270. 271. *Quasi ant⟨h⟩ypophorae modo respondit (*Γ'*

*At uestri proaui Plautinos et n. et l. s. (*ζ*)] Plautum ait frustra ab antiquis probatum, cui et sales et metri scientia defuit (*Γ' fcζ*

§ Patienter utrumque (*V*)] Patienter [autem] utrumque laudauerunt, ne dicam 'temere', 'stulte'. Debuerunt non patienter laudare, quia inmoderatus est et in metris et in iocis. Ostendit autem non recte in omnibus antiquos poetas fuisse laudatos (*Γ' f Vcζ*

272. § Si modo ego et uos (*V*)] Idest siquidem nos scimus discernere mala a bonis. Hoc autem dicit: si auditores sciunt audire, non debet poeta inmoderatus esse (*Γ' Vcζ*

1 nam debet s: esse *Γ' cζ*] *om. V* 3 non — ideo *Γ' cζ*] *om. V* 15 inmod: *Γ'*] immod: *Vcζ* 21 pac: *V* autem *γ ν V, post* utrumque *pon. cζ* enim *f om. r* 22 et stulte *r* uel stulte *f* debuerunt] quem debuerunt *cζ* 23 imm: *Γ V imm: νfζ* īm: *c* 24 iocis] uocis *V* uocis sono *cζ* 25 fuisse *esse cζ* 28 *immoderatus ν Vζ* īm: *c*

273. Seponere dicto (*V*)] 'Lepido dicto' idest ioculariter dicto uel acrimonia, idest prudentia et urbanitate sensuum (*Γ′ f V*

274. § Digitis callemus et aure (*V*)] Scimus. Digitis autem pro arte rithmica et numeris, ut (*carm.* IIII 6, 35. 36):

> Lesbium seruate pedem meique
> Pollicis ictum.

Digitis autem et aure, quia sonus metri pollicis strepitu et auris perceptione probari solet, unde et dactili pedes quidam dicti sunt; et ipsi pedes inde appellati sunt, quoniam sonum metrorum pulsu pedis nostri adiuuamus (*Γ′ f V c ζ*

276. § Dicitur et plaustris (*V*)] Ante enim chori in plaustris constituti circa uicos tragoedias dicebant (*Γ′ V c ζ*

*Et plaustris u. p. T. (*c ζ*)] Tam multa scripsisse, quae posset plaustris aduehere (*Γ′ c ζ*

277. § Quae canerent (*ν*)] [Et hoc] ad chorum retulit, quoniam tragoediae choros habent (*Γ′ V c ζ*

*Peruncti (*ν*)] Delibuti; nondum enim usus inerat personarum (*Γ′*

278. *Pall⟨a⟩eque repertor ⟨honestae⟩ (*ν*)] Quoniam palla non nisi honestis personis datur (*Γ′ c ζ*

279. *Et modicis i. p. t. (*c*)] Ostendit scenas antea non fuisse grandes (*Γ′ c ζ*

281 *sq.* § Non sine multa l. (*ν*)] Quia nominatim appellabantur principes ciuitatis a comoediographis, alii ad honorem, alii ad iniuriam (*Γ′ V c ζ*

5 autem — digitis] *om.* c ζ *propter homoeoteleuton* pro arte rithm: *K. uid. stud. Vindobon.* 1901 *p.* 119] pro arithmetica Γ pro arte rithmi *f* pro arte pithmica *ν* pro artibus metica *V om.* c ζ parte rhythmica (!) *Pauly et Hauthal* ut *r f*] *om. γ ν V* 9 sonus γ c ζ] sonos r ν f V 11 a.: sunt γ c ζ] sunt *om.* r ν f V 14 enim] *om.* r 19 et hoc c ζ, om. cett. 21 lemma *in V:* Laude sed in uicium

282. § Sed in uitium l. (*ν*)] Licentiam habebant satyrici mores cuiuscumque scribere, antequam lex a senatu lata fuisset; ergo in uituperationem chorus erupit, quod, libertate sublata, uituperare desiit. Aliter: postea uituperari coepit ipsa com⟨o⟩edia, quia libere maledicebat et reprehendebat mores hominum, et hac de causa lege prohibita est ⟨*ἡ*⟩ *ἐπ' ὀνόματος λεγομένη*, quae nominatim male loquebatur, idest maledicebat. 'Vetus' autem dixit ad comparationem eius, quae postea inuenta est. Vetus ideo, quoniam, postquam uitium incurrit et amisit choros, neoterica appellata est, licet primum inuenta, sed post tragoedias (*Γ' Vcζ*

283. § Et uim (*νcζ*)] Insolentiam, iniquitatem; dum enim in comoediis suis aliquos carpunt, uitium incurrerunt. Ante uero in com⟨o⟩ediis licebat libere lacerare, quod postea lege prohibitum est; quod factum est sub Augusto (*Γ' Vcζ*

284. § Iure nocendi (*Vζ*)] Lacerandi, quoniam sublata auctoribus loquendi libertas (*Γ' Vcζ*

285. *Liquere poet⟨a⟩e (*V*)] Hoc est: et Latini scripserunt istiusmodi comoedias, in quibus nominatim maledicebant (*Γ' Vcζ*

287. § Domestica facta (*Vcζ*)] Priuata. Idest uoluerunt uti suis. Et cum desissent postea nostri Graecos imitari et historias Latinas scribere, laudati sunt (*Γ' Vcζ*

288. § Vel qui praetextas (*V*)] Idest et qui praetextas fabulas fecerunt uel togatas, meruerunt nimium

1 satyrici *Γ' cζ* satirica *V* 3 libertate — maledicebat] *om. ζ* 4 desiit *rvc*] desit *γ* defuit *V* aliter] uel *cζ* 7 *ἡ ἐπ' ὀνόματος λεγομένη K.*] ЄΠΠΟΝΟΜΑΤΟЄΛЄΤΟΜЄΝЄ *Γ'* ΓΝΟΜΑΤΟЄΛЄΓΟΜЄΝΗ *V; spatium relictum in cζ, ὀνοματοποιΐα Pauly et Hauthal; ἐπ' ὀνόματος ἡ λεγομένη Wessner, Untersuchungen zur lat. Scholienlitteratur, Bremerhaven* 1899 *p.* 4 9 uel uetus ideo *vcζ* 11 appellata] nominata *γ* 15 lazerare *V* 19 auctoribus *γcζ*] actoribus *rvV* 23 priuata] *om. cζ* 24 *desissent*] dedissent *V* cepissent c cępissent ζ *26 uel cζ] uos V* 27 nimium *codd.*] non minimum edit. (nec *minimum Hor.*)

decus. Praetextam quidam dicunt tragoediam, togatam autem comoediam. Alii autem dicunt praetextam et togatam com⟨o⟩edias esse, sed togatas, in quibus sunt Graeca argumenta, praetextas in quibus [sunt] Latina (Γ′ f V c ζ

§ Docuere togatas (V)] Praetextas et togatas scripserunt Aelius Lamia, Antonius Rufus, Gneus Melissus, Africanus (*leg.* Afranius), Pomponius. Comoediarum genera sunt sex: stataria, motoria, praetextata, tabernaria, togata, palliata (Γ′ f V c ζ

289. 290. § Nec uirtute (v c)] Non minorem consecuti fuissent Latini gloriam ex eloquentia, quam ex armis, si in corrigendis carminibus laborare uoluissent (Γ′ V c ζ

291. § Limae labor (v ζ)] Idest expolitionis et emendationis; lima enim nitidius facit, quod fuerat scabrum. Limam ergo pro correctione posuit translatiue, hoc est: si carmen suum unusquisque emendare non fastidiret (Γ′ V c ζ

291. 292. § Vos o Pompilius sanguis (ζ)] Idest Pisones. Ab ipso enim originem trahebant. Calpys filius est Numae Pompilii, a quo Calpurnii Pisones traxerunt nomen (Γ′ f V c ζ *ex Porph.*

294. *Perfectum decies (v)] Finitum, ut, cum iam perfectum uideretur, non decies emendauit (Γ′

§ Ad unguem (Γ′ V c ζ)] Tractum a marmorariis, qui iuncturas marmorum ungue pertemptant. Alibi (*serm.* I 5, 32. 33):

Ad unguem
Factus homo.

1 tog: autem c:] comediam V c: togatam c ζ 2 alii — comoedias] *om.* γ dicunt] *om.* V 3 set γ sunt Γ′ f] *om.* V, *post* argumenta *pon.* c ζ 4 sunt γ f *om.* r v V c ζ 6 scripserunt Γ′ f] *om.* V c ζ 10 palliata γ c ζ] pelleata r V pelleata v f *del. Cruquius* 15 laborum v

Ad unguem autem ad perfectionem, ad examen, hoc est: ad perfectum iudicium. Hoc ergo dicit: reprehendite, o Pisones, illud carmen, quod neque multum tempus neque litura correxit (*Γ′ f V c ζ*

295. § Ingenium m. q. f. a. (*c*)] Quia Democritus dicit plus ualere ingenium quam peritiam, et quia dicit non bonos poetas esse, nisi qui insaniunt; hoc idem et Plato (*cons. Porph.*). Aliter: Democritus ait poetam non arte fieri, sed natura nasci. Ergo quia Democritus felicius putat ingenium arte, ideo miseram eam dicit Horatius et propterea multi fingunt furorem, ut poetae uideantur. Misera autem est ars, siquidem non meretur poetae nomen accipere, qui habet artem, nisi qui habuerit ingenium; ingenium solum non sufficit ad poeticam, ars non sufficit. Verbi gratia: sunt genera quattuor poetarum: est altus, est medius, est tenuis, est et grandilocus. Tenuis et medius arte fiunt, magnus et grandilocus natura (*Γ′ f V c ζ*

297. *⟨Democritus⟩] Iste est Democritus, a quo secta est orta *Ἐπικουρεία*, qui multa physica scripsit (*Γ′ c ζ*

*Non unguis ponere curat (*ζ*)] Non uult poetas philosophorum more incedere. Notat hic imperitos, qui putant poetas optimos esse eos, qui sunt demisso capillo uel barba (*Γ′ c ζ*

299. *Barbam in singulari numero mentum, in plurali hyrcinas dicimus (*c ζ*

300. § Si tribus Anticyris (*ν*)] Anticyra dicitur insula, in qua multum nascitur ellebori et cicutae. Hoc

1 ad unguem] *om.* γ *c* ζ autem] *om.* γ ν *c* ζ 8 aliter] uel *c* ζ 9 set γ 10 horatius et *Γ′*] horacius et *f* homines et *V* et homines *c* ζ 13 habuerit *Γ′ f*] habeat *c* habent *V* habet ζ 14 ad poeticam — sufficit] *om. f propter homoeoteleuton* ars non sufficit *r*] non ars *c* ζ ars sufficit γ ν *V* 15 quattuor *r f*] *om.* γ ν *V c* ζ 16 et] *om. c* ζ grandilocus γ *f V*] grandiloquus *r* ν *c* ζ tenuis et — natura] *om.* ν 17 grandilocus γ *f V*] grandiloquus *r c* ζ 19 Ἐπικουρεία K. ΕΠΙΚΟΙΡΕΙ γ ΕΠΙΚΥΡΕΥC *r* epicurea ν; *in c* ζ spatium relictum 26 antyciris ν

ergo diasirtice (*leg.* diasyrtice) dicit Horatius: si non totonderit caput, nomen poetae nanciscetur, quod caput non sanatur tribus datis elleboris (*Γ′ f Vcζ*

Item: Anticyra insula est, in qua elleborum nascitur, quo sanantur inualidi et insani (*cons. Porph.*). Tribus ergo pot⟨ionib⟩us accipiamus, aut multo elleboro (*Γ′ f V*

301. § Tonsori Licino (*Vcζ*)] Licinus tunc dicebatur tonsor opinatus, quem postea dicunt factum senatorem a Caesare, quia dicebatur nimium odisse Pompeium. Et est sensus: si non commiserit tondendum caput Licino, quem tres Anticyrae curare non possunt, adeo insanum (*Γ′ f V c ζ*

302. § Qui purgor bilem (*Vζ*)] Idest qui propter purgandum bilem rado caput meum, qui catharticum accipio ad purgandum me (*cf. Porph.*). Aliter: qui purgor bilem pro bilibus purgor, idest qui curo sanus esse, cum sciam a Democrito eos ueros poetas iudicari, qui sunt insani. Aliter: 'purgor bilem' coleram reicio potionibus (*Γ′ V c ζ*

303. § Poemata uerum (*V*)] Idest nemo esset magis in opinione poeta, si essem demisso capillo (*Γ′ Vcζ*

304. § Nil tanti est (*V*)] Idest nullius momenti sum, quoniam non sum demisso capillo, et qui per singulos annos coleram purgo. Dicebatur enim melancholicus fuisse Horatius. Aliter: uerum nil tanti est, idest non curo, sed contempno dici poeta; ac si diceret: non possum poeta esse, ut contempnam curam corporis mei (*Γ′ V c ζ*

1 dicit] *om. V* 4 item] *om. f* 6 potus *Γ′ f V*] *em. K.* 8 opinatissimus *c ζ* 11 curare non p: *Γ′ f*] non possunt curare *c ζ* non possunt *V* 13 idest qui] *om. c ζ* 14 catarticum *Vc* carthaticum *r* cataraticum *ζ* citharticum *ν* carthiticum *γ* καθαρτικόν *Porph.* 15 aliter] uel *νcζ* 16 purgor] *om. cζ* 18 *aliter*] uel *cζ* 23 qui Γ′] quod V om. *cζ* 24 coleram *rcζ*] colera *γ ν V* melancholicus *V*] melanco: cett. 25 aliter] uel *cζ* 26 set *γ*

305. § Exortita (*leg.* Exors ipsa) sec. (*ν*)] Idest ıae non habet munus et officium ad secandum, aut quae ın habet officium secandi a natura tributum (*Γ′ Vcζ*

§ Exors ipsa] Vt (*Verg. Aen.* V 534):

Exortem ducere honores (*Γ′ Vcζ*

309. § Sapere est et principium (*νcζ*)] Idest copia rborum, quae debet sequi principia. Contra illos, qui ɔunt poetam insanire debere, hic ait: ut possis recte ɔibere, primum opus est sapere (*Γ′ Vcζ*

310. § Socratic⟨a⟩e c⟨h⟩art⟨a⟩e (*ν*)] Idest libri. hoc dicit, ut sapias. Docet poetam non debere exrtem esse philosophiae. Item aliter: poema constat ex et oratione: res ex philosophia originem trahit, ut aecepta contineat (*ex Porph.*). Hoc ergo dicit, quod ın inuentam uerba etiam non inuita secuntur, idest tunc rba non desunt, cum habueris, quod dicas. Et Pollio ɔm dixit: Male hercule eueniat uerbis, nisi rem secunr (*Γ′f Vcζ*

311. § Prouis[s]am rem (*ν*)] Idest non laborat eta loqui rem sapienter inuentam. Menander, cum iam ɔulam disposuisset, etiam si nondum uersibus adornas-, dicebat se tamen iam conplesse (*Γ′ Vcζ*

312. § Qui didicit p. q. d. et q. a. (*cζ*)] Idest qui legerit ros de officiis, idest *περικοπῶν* (*leg. περὶ καθηκόντων*); ostendit poetas imbui debere philosophiae. Dicit autem

2 ad secandum — officium] *om. cζ* 4 exors ipsa *K.*] ɔrtita *Γ′ V om. cζ* ut] *om. cζ* 5 exsortem *ν* honoın *cζ* 7 qui dicunt *Γ′cζ*] *om. V* 9 primum] principium *V* ncipio *cζ* 11 ut — docet] *om. cζ* 12 item] *om. ν* dicit ergo *cζ* 15 non *νV*] *om. Γfcζ* (etiam in uita s:) ɜuntur *γV*] sequuntur *rνfc* secutus *ζ* 16 et pollio — seɪtur] *om. f* 17 dicit *r* secuntur *γVcζ pr.*] sequntur *ζ* r. sequuntur *rν* 19 laborat] laboret *cζ* laborabat *γ* iam] *om. cζ* 22 tamen se *rcζ* conplesse *ν*] complesse *Vcζ* 23 legerit] *legit cζ* 24 περὶ καθηκόντων K.] ΠΕΡΙ-ΠΤΩΝ *V* ΠΕΡΙΚΟΠΤΟΠ *r* pericopon *f* ΠΕΡΙΚΟΤΟΝ *γ*, om. *νc* *l κοινῶν aut περὶ καθήκοντος edit.*

hoc: ille optimus poeta est, qui didicit, quid singulis debeat, idest quo amore debet unusquisque circa patriam esse aut parentes siue amicos (Γ′ f V c ζ

317. § Respicere exemplar (ν c ζ)] Exemplum est παράδ⟨ε⟩ιγμα, exemplar ἀντίτοπον (*leg.* ἀντίτυπον). Hoc dicit: consuetudinem uitae iubeo respicere eum, qui uult recte imitari, ut, cum inducat adulescentem loquentem, debeat scire, quemadmodum iuuenes solent uiuere. Quid est enim comoedia? Imago uitae cottidianae (Γ′ f V c ζ

§ Viuas uoces (γ ν V)] Idest ueras (Γ′ V c ζ

§ Hinc (ν V c ζ)] Idest a cottidiana uita, a moribus communibus (Γ′ V c ζ

319. § Speciosa l. (ν)] Idest si oportunae fuerint inductae personae; aut 'locis' idest argumentis, ut non sit argumentum absurdum (Γ′ V c ζ

319. 320. § Morataque recte ⟨fabula⟩ (c ζ)] Morosa malis moribus, morata bonis dicitur; morata autem bene instituta, unde in consuetudine est bene moratum eum dici, qui bonos mores habet (Γ′ V c ζ *cons. Porph.*

§ In qua mores singularum personarum optime exprimuntur (Γ′ V c ζ

320. § Nullius u. (c ζ)] Idest uenustatis et gratiae, quae ad artem spectat. Ostendit modo, quantum prodest consideratio consuetudinis, dicens, quod interdum fabula oportunitate personarum inductarum et expressione morum, quamuis sit sine arte, sine uenustate, sine grauitate sententiarum, plus placet, quam uersus bene quidem sonantes, sed morum obseruatione carentes. Magis possunt delectare res sine ornatu, quam ornata poemata uerbis sine rebus (Γ′ V c ζ

2 debet] debeat *edit.* 5 αντιτοπον Γ antitopon *f* αντιτονον V anontitonon *ν* anticonon ζ *lacuna in* c 9 est enim Γ *f*] enim est ζ enim *ν* V c cott: Γ *c*] cot: *ν f* V ζ 11 cott: Γ *c*] *cotidiana ν* V ζ 16 morosa] morata fabula c ζ 22 gratiae (*gratie*) Γ′] ignē V ingenii c ζ 23 spectant c ζ 25 et] *om.* c ζ 27 bene quidem Γ] bone quidem *ν* quidem bene c ζ quidem V 28 *set γ*

§ Sine pondere et arte (*V*)] Scilicet grata. Sine magnis sensibus, sine grauitate uerborum (*Γ′ Vcζ*

321. *Valdius (*ν*)] Pro ualidius, ut alibi (*Hor. epist.* I 9, 6):

Nouit me ualdius ipso (*Γ′f*

322. *Inopes (*ν*)] Idest inanes, in quibus nullae sunt res, qui sola arte boni sunt (*γν*

§ Nug⟨a⟩eque can. (*ν*)] Nullius momenti uerba, bene sonantia (*γν Vcζ*

323. *Rotundo (*cζ*)] Idest perfecto (*Γ′cζ*

325. *'Romani pueri' a prima aetate calculum discunt, hoc est: computationibus operam dant (*Γ′cζ*

327. *Filius Albini (*ν*)] Feneratoris cuiusdam auari (*Γ′*

328. § Triens (*Vcζ*)] [Idest] tertia pars librae, quae facit uncias quattuor, cum sint libra unciae duodecim (*Γ′ Vcζ*

§ Hoc ille dixit, qui rogatus fuerat (*Γ′ Vcζ*

§ [H]eu (*νVcζ*)] Pro euge, idest bene (*Γ′ Vcζ*

329. § Assem (*cζ*)] Assis totum patrimonium est. Biens, triens, quadrans, quincunx, sextans, dodrans, deunx, semis partes assis sunt (*Γ′ Vcζ*

§ ⟨Redit uncia⟩] Quincunci additur uncia, idest ad alias quinque accedit alia uncia (*Γ′ Vcζ*

330. *Semis (*ν*)] Idest media pars librae (*Γ′*

§ Eruginem appellauit auaritiam quasi maculam. Item aliter: erugo, auaritia; idest cum auaritia occupauerit a

1 grata *γν*] gramaticae *r* gñe *V om. cζ*; *fort. scribendum* grammatica, *sed cf. p.* 360, 22 *sq.* 2 magnis] *om. r* 3 alibi] *om. γ* 7 boni sint *γ* sunt boni *ν* 8 bene *Vcζ*] bone *ν om. γ* 15 trien *V* idest *om. rcζ* 16 sint *Γ′ V*] sit *cζ* libra *νcζ*] librae *Γ* libre *V* 18. 19 *confusus ordo in codd., em. K.* 18 rog:] interrogatus *cζ* 19 pro — idest] *om. γ* pro] *om. cζ* *20 est] om. cζ* *25* idest] *om. ν* 26 appellat *νcζ* item] *om. ν* *idem cζ* *27 aliter* — idest] *om. cζ* aliter] *om. r* idest] *om. ν*

prima infantia animos Romanorum, sperandum est eos posse scribere carmina recipienda in auctoritatem? (Γ′ Vcζ

332. § Linenda c. et l. s. c. (c)] 'Linenda' autem 'cedro et leui seruanda cupresso' dixit, ut haec carmina in perpetuum maneant unctis in circuitu chartis cedro. Vtraque enim res odore suo summouet tineas (Γ′ Vcζ *sim. Porph.*

*Leui s. c.] Idest armario bene composito (Γ′

333. *Delectant bucolica, prosunt georgica (Γ′

335. § Quicquid p. e. b. (c)] Idest praecepta debent breuia esse, quia, si longa fuerint, aures deficiunt auditorum. Percipiant ergo animi, ut dociles fiant, quia, quod percipio et intellego, docet me. Item: esto breuis, idest serua necessaria (Γ′ Vcζ

336. § Teneantque (*om.* ν) fideles (νcζ)] Vt seruent, quod accipiunt, ne effluat, quod audiunt (Γ′ Vcζ

337. § Pleno (Vcζ)] Idest fastidiente (Γ′b Vcζ

§ Manat (ν Vcζ)] Idest effluit; et est sensus: pectus enim, quod iam uarietate satiatum et plenum est, ea, quae superuacua audierit, non retinet (Γ′ Vcζ

339. § Ne quodcunque u. p. s. f. c. (ζ)] Ordo: ne quodcumque uelit sibi credi fabula poscat (Γ′ Vcζ

§ Fabula (V)] Idest comoedia, aut 'fabula' pro 'poemata' posuit. Quae finguntur propter uoluptatem, sint uerisimilia (Γ′ Vcζ

340. § Neu prans⟨a⟩e Lam. (ν)] Idest ne fingat tale argumentum fabula, quod deuorauit Lamia puerum, qui postea de utero eius uiuus prolatus est (Γ′ Vcζ *cf. Porph.*

3 linenda autem — cedro.] *om.* cζ 8 idest] *om.* ν 16 effluat Γ] effluant ν Vc defluant ζ quod Γ V] quia ν que cζ 19 uarietate *edit.*] ueritate Γ′ Vcζ plenum est et *satiatum* γ ea] *om.* γ 23 fabulam ν 24 poemata cζ *edit.*] poeta *cett.* posuit] om. cζ edit. 27 deuorauit] deuorauerit cζ *edit.* 28 est] sit cζ

§ Extrahat (*νcζ*)] Idest non eximat et detrahat ipsa fabula (*Γ′ Vcζ*

341. § Centuriae seniorum (*ν*)] Idest senes Romani non probant poemata, quae sunt leuia; adulescentes [enim] non delectantur austeris. Quid ergo faciendum est, o poetae? Poema temperare, ut et uoluptati seruiat iuniorum et seueritati satisfaciat seniorum. Item centuriae seniorum, quia singulae tribus certas habebant centurias seniorum et iuniorum (*Γ′ Vcζ*

§ Idest persecuntur, quae utilitatem non habent. Item 'expertia frugis' idest inutilia, aliena, maturitate carentia, idest bonitate uel austeritate (*Γ′ Vcζ*

342. § Celsi p. a. p. (*c*)] Sensus est [autem]: senes grauitate carminis et dictionis pondere delectantur, iuuenes austera et grauia non amant. Ramnes, Luceres, Tacienses Romanae tribus erant uel, ut uerius, equites (*Γ′ bVcζ*

*Ramnes (*ν*)] Hos iuniores intellegamus; erant enim alii seniores (*Γ′b*

343. § Omne tulit punctum (*ν*)] Omnium suffragium, omnium iudicium meretur ille, qui et dulcis est et utilis. 'Puncta' dicuntur populi suffragia. Vsus est hoc uerbo etiam Cicero in Fundaniana (*pro M. Fundanio fr.* 5 *Kl.*). Item aliter: solus suffragia et iudicium populi tulit, qui et utile et dulce poema scribit, idest qui et prodesse et delectare potest (*ex Porph.*). 'Punctum' autem ideo dixit, quia sic antea cereis suffragia ferebantur (*ex Porph.*). Hoc ergo dicit: 'omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci',

3 conturie *ν* 5 ergo *γ*] *om. rν* enim *Vcζ* o *γ*] *om. rν Vc* 7 item — seniorum] *om. Vcζ propter homoeoteleuton* 10 idest] *om. γ* pers: — frugis] *om. ζ* persequuntur *r* persecuntur *cett.* 11 idest *om. cζ* 12 uel *Γ′ Vcζ*] et *edit. sil.* 13 est] *om. b* autem *rb om. γνVcζ* 15 tacienses *Γ′V*] titienses (tic: *ζ*) *cζ edit., absc. b* 21 suffragia — solus] *om. ζ propter homoeoteleuton* 22 in fund:] *om. cζ* 23 item] *om. rζ* aliter *om. νζ* 24 scribit *Γ*] scripsit *νVcζ* *idest r Porph.*] *om. γν* sed *Vcζ* 27 omne — idest] *om. cζ*

idest omnium meruit fauorem iuxta legem tabellariam, quae cauerat non uoce, sed puncto debere ferri suffragium (*Γ′ f V c ζ*

345. *Hic meret (*ν*)] Idest praestat, idest dignus est emi. 'Meret' mercedem affert (*Γ′ f c ζ*

'Librum' pro poemate posuit. 'Hic liber': istiusmodi, qualem dixi. 'Sosis' idest bibliopolis. Alii emendatores et probatores carminum uolunt intellegi et duo i debere scribi, sed propter metrum unum scribitur. Sosii ergo duo fratres fuerunt bibliopolae opinatissimi (*sim. Porph.*). Est autem sensus: istiusmodi librum facile Sosii possunt uendere (*Γ′ f V*

347. *Ignouisse u. (*ν*)] Inter multa bona si habueris pauca mala, ignoscendum est tibi (*Γ′ c ζ*

348. *Nam neque (*ν*)] Si ergo errat cithar⟨o⟩edus, multo magis uenia tribuenda est poetis, si in quibusdam errauerint (*Γ′ c ζ*

350. § Quodcumque minabitur arcus (*ν*)] Nec semper sagittarius destinata iaculatur. Hoc uult dicere: merentur poetae ueniam, quia paene omnes in errore uersamur (*Γ′ V c ζ*

352. *Maculis (*ν*)] Vitiis, peccatis, delictis (*Γ′ c ζ*

§ Incuria (*ν c ζ*)] Idest neglegentia (*Γ′ V c ζ ex Porph.*

*Fudit (*ν*)] Dixit, quia maculae funduntur (*Γ′ c ζ*

Nam duobus modis fit, ut aliqua uitia nascantur in poemate: aut neglegentia, aut natura, quia hominum natura fragilis est et omnia facere bene non potest (*Γ′ V*

353. § Quid ergo est, quod moneo? Si poeta itidem peccat, ut librarius s⟨a⟩epe monitus, caret uenia (*Γ′ V c ζ*

2 set *γ* ferri *ν c ζ*] ferre *Γ V* facere *f* suffragia *c ζ* 5 uel meret *c ζ* 6 poemate *γ f*] poemata *r* poema *ν V* 8 et duo ·i· *f*] duo ii *r* duo duo *V* ·i· *ν* duo ·ii· *γ* 9 set *γ* *15 errat* cith:] c: e: *c ζ* 16 poetis est *c ζ* 23 idest *γ ν V*] *om. r c ζ* 26 aut quia, *om.* natura, *ν* 28 quid ergo *est V c ζ*] *om. Γ′* itidem *Γ c ζ*] idem *V* 29 ut libr:] *om. c ζ*

354. §〈Si peccat idem l.〉] Si in eodem peccat criptor librarius', idest naturalis. Bibliopolas eos ueteres cebant; hoc et Tranquillus (*Sueton. p.* 134, 18 *Reiff.*) firmat (*Γf Vcζ*

355. *〈Quamuis est m.〉] Pro eo, quod est 'quam- s sit', propter cacenfaton (= *κακένφατον*) ut Maro *cl.* 3, 84):

Quamuis est rustica musa (*Γ*

